intelligit prana consuetudo que subt oīa cui
se premit ⁊ deorsū curuat Iste autem uincu
la sunt in debite seruitutis ⁊ ideo rumpenda
sunt ps. lxxii. Omne onus disrūpe ¶ Scien
dum est qⁿ drā est inter rumpentes seu pre
scindentes uincula ⁊ soluentes duplex una ex
parte uinculorum quia uincula soluta manent
consimili usui alius reputanda rupta uero ⁊
incisa non sic sed reddunt inutilia ⁊ secūduz
hoc soluūt uincula qui ad tempus credunt ⁊
penitent sed mox in tēptatione ad solita
reuertunt ¶ Alia est dra ex parte ipsius ope
ris qⁿ ad solacionem plus requiritur de tem
pore ⁊ si uinculum sit subtiliter colligatuz re
quirit etiam plus de consilio ⁊ deliberatōne
⁊ secundum hoc soluere dicunt qui qua ⁊ p
crastinando ⁊ liberando conuersionē differunt
rumpunt seu incidunt qui conuersionem acce
lerant ⁊ hoc est consilium Jero. ad paulū.
festina inquit queso ⁊ herenti in salo nauicule
funem magis precide: Legitur in ꝓuerb.
phōrum qⁿ pirrus rex cum citharedus in eō
uinio molliter cantaret iussit citharus incidi
cordas interrogatus qz cur hoc iussisset facili
us est inquit citharē cordas incidi quam soluī
⁊ de Alexandro magno citharī. legit ibidem
qⁿ pedagogus eius citheram fregit eiecit qz
dicens etati tue regnare iam conuenit pude
at qz. in corpore regis uoluptatem luxurie do
minari conuenienter autem per citheram car
nis mollicies uel caro delicata intelligit qa
sicud citbera deorsum sonum reddit ⁊ i hoc
distinguit a psalterio ita caro molliter nutri
ta semper terrena suggerit ysai. xxxviii. octa
uo En uenit. quasi citbera sonabit cor de sunt
concupiscencie ⁊ desideria qz sibi inuicem cor
respondent ⁊ faciunt in honestam melodiam
⁊ ideo corde incitente sunt uel fieri posset so
ta citbera esset rumpenda ⁊ si propria uirtute
illud facere non possumus inuocandum est
eius de quo ꝑ. Dirupisti uincula mea sed
multi sunt ita fortiter ligati qⁿ nec ēt clama
re possunt phūs octauo de animalibus dicit
qⁿ aranea uenat quandoq; magna animalia
puta lacertum qⁿ prius incipit texere sup ip
sum quousq; liget os ligacione fortiter ⁊ post
modum mordet ⁊ interficit sic dyabolus pote
tes quandoq; capit nam quandoq; ligat os
tam fortiter nec peccatum confiteri pre
uerecundia possunt nec ad deum clamare p
negligencia ⁊ accidia ⁊ totus est in potestate
eius ⁊ ad acerbam mortem trahit ecclē. uice
simo octauo Beatus est qui textus est a lingua
nequam ⁊c. ⁊ q si attraxit iugum eius ⁊ i ui
culis illius non est alligatus iugum enim illi
us iugum ferreum est ⁊ uinculum illius u cu
lum ereum est mors illius mors nequissima ē.

L 49 Qui habitat in celis ⁊c. Notat persecutorū xpisti pena temporalis primo ⁊ post ea eternalis dicit autem eos irridere ⁊ subsanare qa facit eos irrisibiles ⁊ subsanabiles ab omnibus irrisio fit proprie bucis ⁊ ore subsanacio fit uaso Iuxei uero sunt contemptibiles utroqz modo scz contempnendi ore qa sunt pessimi uaso qa sunt eciaz i corpore fetentissimi prouer. primo Ego quoqz in interito uestro ridebo ⁊ subsanabo cum uobis qd timebatis aduenerit Ciceret autem xpistus habitare in celis ideſt in uiris iustis qui p celos intelliguntur cōpātur enim celo in generali ⁊ in speciali scz empirio in generali propter duo qa secundum rabeū ic. li: de naturis rerū ⁊ secundum ysidorum tercio ethimoz. celū dicitur quasi celatum ideſt sculptum est enim quasi uas celatum eo qd impressa signa habeat stellarum sic ⁊ anima uiri iusti manu sapiencie ⁊ acumie penitencie uarias uirtutes tāquā varias ymagines sculptas in se habet ⁊ ideo est quasi uas pulcherrime celatum eccle. x.

¶ Quasi uas solidum ornatum omni lapide precioso ⁊ sunt uirtutes iste quasi ymagines stellarum propter suum in mensum splendorē animam illustrantes Senec. epist. xxvii. ad lucillum Si autem animam nobis boni uiri liceret inspicere o quam pulcram faciem quā sanctam et magnifico placido qz fulgentē uideremus hic iusticia illinc fortitudine huic tēpancia prudencia ⁊ lucentibus qd autez dicit Seneca de istis quatuor item intelligendum est de aliis que sunt quasi in numero geñ. xv

¶ Suspice celum ⁊ numera stellas si potes Secundo quia celum dicit quasi caelū ⁊ celum quasi cauelyos ideſt solis sic enim ⁊ anima uiri iusti est casa ideſt domus solis qa eo sol iusticie sedere habet ps. Dominus de celo respexit eius propter hoc enim uerbum caro factum est ut habitaret in nobis Sed aduertendum qd licet totum celum sit domus solis ⁊ tamen astrologi attribuunt soli propriam domum unam pte celi uidelicet signum leonis qa maxime illud signum conuenit cum qualitatibus cum sole sic in proposito licet uir iustus quilibet ⁊ tota ecclesia sit domus solis iusticie specialiter tamen sunt domus solis illi in quo est signum leonis Leoni enim attribuuntur multe uirtutes nobiles ⁊ excellentes scz magnanimitas liberalitas fortitudo ⁊ huiꝰ ⁊ iō in quibus sunt uirtutes i excessu quodā in illis est signum leonis xxxv. Leo fortissimꝰ bestiarum ad nullius pauet occursum Dales igit qa maxime conueniunt cum xpisto in qlibetibus dicunt domus eius ⁊ in ipsis xpus habitare ps. Tu autem in sanctis habitas ⁊ alibi Quis sicut dominus deus uoster qui in altis habitat Cōpantur eciam uiri iusti specialiter celo empyrio racio est dicit enim empyrium quasi ignitum sed anima uiri iusti est tota ignita ps. Concaluit cor meum intra me ⁊c. luce uult Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueret ⁊c. Deo qui posset uidere animam uiri iusti uideret omnino speciem celi empyrei eccle. xliii. Spes celi ⁊ uisione glorie ⁊c.

L 49 Cum locutus fuerit ad eos ⁊c. Notat persecutorū xpi pena eternalis seu finalis li. ēcia ei ap finē mundi refert ⁊ potest dupliciter uersus iste exponi ⁊ utroqz modo notat pena duplex eorum Uno modo pōt exponi sic qd distinguimus inter iram ⁊ furorem qui ab ira est appetitus uindicte ⁊ similiter furor latere non potest ira uero sepe latet diu ⁊ tamen grauior ē furore ut frequēter ⁊ fit utrumqz cum quadam inflāmacione ⁊ ideo per iram ⁊ furorem dupliciter intelligitur inflāmacio peccatoris per iram quidem inflāmacio latens scz consciencie per furorē autem inflāmacio patens scilicet eciam i corpore ⁊ hanc duplicem inflāmacionem tangit ps. alibi Ponces eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui ecce una ⁊ subiungit dñs in ira sua cōturbabit ⁊ uorabit eos ignis ecce alia greg xv. moraliter qd desiderio arcet conscientia ⁊ foris carnem cruciat gehenna ideo petit ps. ¶ Domine ne in furore tuo arguas me neqz in ira ⁊c. Alio modo potest exponi de duplici pena ipsorum sic qd p locucionem intelligat seueritas diuine sentencie per turbacionem uero anxietas proprie cōscience ⁊ signanter dicit psalmista qn unc loquetur in ira uolens in numero qd modo nō loquit in ira sed potius in amicicia bona et mia. ¶ Et est racio qa quilibet naturaliter diligit plus ydioma proprium ⁊ illud ciciꝰ

ꝙ libencius loq̃ uitur quando uero ꝓcipit se ñ intelligi tunc loquit̃ lingua extranea sic filius dei habet ꝓdeoma ꝙ uulgare proprium ꝙ est sermo amicicie eccle.xx. Sapiens in ꝟerbis a micabilem se facit ꝟpristus autem non solum est sapiens sed eciam est sapiencia patris .Si militer eciam ꝓdeoma suum est sermo miseri cordie Joh.octauo . Sicut docuit me pater hec loquor de loquela uero patris sui cõstat ꝙ est loquela misericordie ii.cor.ii. Benedi ctus deus ꝙ pater domini nostri ihesu ꝟpristi pater misericordiarum ꝙ deus ꝛc. Jgit̃ filius dei tale ꝓdeoma loquit̃ libenter tanquam si bi cõnaturale aMarc.vi. Statiz ihesus locutꝰ est eis ꝙ dixit eis confidite sic igit̃ loquit̃ no bis in presenti Sed multi sunt qui illud ꝓdeo ma non intelligunt simpliciter uel male intelli gunt sic peccatores qui misericordia ꝟpristi abiciuntur ꝓ.Cuir insipiens non cognoscet ꝙ stultus non intelliget hec ꝙ luce ꝓviii. Ipsi ni hil horum intellexerunt ꝙ erat uerbum istud absconditum ab eis idcirco consequenter dici tur Joban.octauo Quare loquelam meaz nõ cognouistis ideo oportet ꝙ mutat loquelam ꝙ loquat̃ ꝓdeoma extraneum cum peccatori bus intelligibile ꝙ illud est ꝓdeoma odii ꝙ ire ꝓ. Sermonibus odii circumdederunt me ideo ꝓsai.uicesimo septimo In loquela enim labii ꝙ lingua altera loquit̃ ad populum istum Si uero querat̃ quare non sic loquitur nunc sed exspectat usqz tunc duplex est causa una ex parte iudicii quam tangit Crisostmus sup il lud aMath·primo tunc confitebor illis qz nõ noui uos sic dicens usqz tũc sustinebo qz grã dẽ iram grandis dilacio precedere debet et grandis dilacio iustum facit esse iudicium et dignioꝛem peccatoris interitum Dicitur enim libro de naturis rerum. ꝙ aquilã comit diu insequitur Sed aquila ex generositate animi diu assimulat tamen propter iportunitatem eius qui ñ desistit ad incepto ipsã unguibus rapit ꝙ lacerat Aquila ab acumine uisus detã ꝟpristus est qui in altis habitat ꝙ humilia re picit in celo ꝙ in terra . omnia enim nuda sunt ꝙ aperta oculis eius quem mali licet inse quat̃ diu assimulat ira ut ꝓ.miretur dicens Usquequo peccatores domine usquequo pec catores gloriabuntur populum tuum domine humiliauerunt ꝛc.ꝙ dixerunt non uidebit do minus nec intelliget deus Jacob Tandẽ ue ro cõpellitur propter ꝑprobitatem non desistẽ tium a malo ipsos rapere ꝙ lacerare ꝓ.Intel ligite hec qui obliuiscimini ueum nequando rapiat ꝙ non sit qui eripiat Neqñ .i.tũc alia causa est ex parte ꝟpristi quia illud ꝓdeoma est sibi multum extraneum ꝙ difficile ad pro nunciandum qz non est sibi naturale Crisoꝰ super illud aMath.xxv. Tunc dicet illis ꝛc. Bona bonis secundum propositum suum pre stat quia bonus est. malis autem mala contra propositum suum facit inuitus quia iudex ẽ Quicquid autem homo contra naturam suã agit piguius agit hec Crisoꝰ hec est igit̃ cau sa quare differt usqz tunc loqui in ira math. xxv: Tunc dicet his qz sinistris eius e.unt ite maledicti ꝛc. ¶ Per conturbacionem ue ro intelligitur anxietas remorsus consciencie quam diu uas quietum est non motum feces in eo liquoris contenti in fundo residunt nec apparent sed solum qõ clarum est sed quãdo uas bene agitur ꝙ liquor turbatur statiz feces ascendunt ꝙ in palam ueniunt Sic est de cor de peccatoris quantum ad affectum ꝙ aspec tum qõ est quasi uas continens liquorem fetu lentum ꝙ amorem ꝙ ihonestum ꝙ turpem ꝙ co gitaciones inmundissimas ꝙ pessimas ꝓsaie . trecesimo secundo fraudulenta uasa pessima sunt ipse enim cogitaciones continuabit ad ꝓdendos mites Sed qua in presenti quietus est a nullo agitatus ideo feces iste occultant̃ Senec.epist.xii. aMinimum ex nequicia leuissi mũ qz ad alios redũdat qõ pessimum ex illa est ꝙ ut ita dicam spississimum deinde emaẽt ꝙ premit habentem Sed ueniet dies quando ista uasa contumelie fortiter mouebuntur in die scz illa quando celi mouendi sunt ꝙ terra quando iplebit̃ illud ꝓsai.uicesimo quarto ¶ Concuscient̃ fundamenta terre confracti one confringetur terra contricione conteret̃ terra cõmocione cõmouebit̃ terra agitacõne agitabit̃ terra sicut ebrius ꝙ circa quicquid fecis fuerit in uase cuiuslibet apparebit ꝙ ap parebit quam turpidus ꝙ feculentus fuerit humor ibi eciam ipsis. peccatoribus proprie feces apparebũt que prius latuerunt ꝙ signan ter cõparauit ꝓsai. dictam cõmocionẽ ebrio ꝙ qz mali inebriabuntur de calice ire furoris do mini qz bibent ex eo omnes peccatores terre ꝓ.Turbati sunt ꝙ moti sunt sicud ebrius ꝙ ideo nichil poterunt tenere secretum ꝙ quia

puer.xi. ¶ Nullum secretum est ubi regnat
ebrietas ideo sapie v. Dicentes turbabuntur
timore horribili ꝛc̃. gementes pre angustia
spūs dicent ꝛc̃. nos insēsati ꝛc̃ ergo erraui ꝙ
a uia ueritate ꝛ iusticie lumen non luxit no
bis ꝛc̃.

Z 6 ¶ EGO AUTEM CONSTI
tutus sū ꝛc̃. hic agitur de xpisti
excellencia ꝛ dignitate ꝛ primo
de ipsius in regnū sublimacione
Secundo de subditorum gubernacione ibi .
Reges eos ꝛc̃. ꝛ primo ostendit ipsum regez
super iudeos Secundo super gentes ꝛ i cre
dulos ibi postula a me ꝛc̃. ¶ Primo ostēdit
ꝙ regnum a deo patre susceperit Secundo
quō uel eciam qua racione illud obtinuerit .
ibi Dominus dixit ꝛc̃. Moraliter uero expo
nendo potest iste uersus exponi de bono p̄la
to qui constituitur a deo approbante sup ec
clesiam ut predicet ꝛ doceat subditos diuīa
precepta obseruare ꝛ pericula uitare hoc est
enim officium boni rectoris Dicit enim p̄bus
quarto de aīalibus ꝙ quando grues cadūt
super terram rector eorum eleuat caput as
piciens a remotis ꝛ si uiderit hominem uoci
ferabit ꝛ annūciabit aliis apprehendit enī ho
minem ut hostem ꝛ sicut dicit Albertus ibi
dem Jn noctibus hūt rectorem suum uigili
arum custodem ꝛ in uolatu ducem Jn quo ex
emplo naturali informat̄ rector animarū qua
le sic eius officium uz subditis ad terrena de
scendentibus caput ideſt mentem ꝛ intencō
nem ad celestia eleuatum tenere ipsis dormi
entibus uigilias custodire ipsis proficientibus
per bona exempla ducatum prebere ꝛ pericu
lis imminentibus per doctrinam ꝛ predicacio
nem occurrere unde ꝛ signanter dicit̄ consti
tui super spon quod interpretat̄ specula qa
ipse speculatoris habet officium p̄sai. uicesiō
primo. ¶ Pone speculatorem ꝛ quecūqz ui
derit annūciet qō si necligenter fuerit execu
tus ipse cum toto grege peribit sicut dicitur
ezechielis 33. Sanguis illorum ab ipso requi
retur unde grego. super exo. uicesimo octauo
Sacerdos sancta sanctoꝝ ingrediens morit̄
Si de eo sonus predicacionis non auditur .
qz irā contra se occulti iudicis exigit si sine ꝓ
dicacionis sonitu icedit Jō ii. thi. iiii. dicit̄
Plato predica uerbū ista oportune ꝛc̃.

Z 7 ¶ DOMINUS DIXIT Ad
me ꝛc̃. hic ondit quomodo ꝛ q̄
racione xpisto cōpetat regalis
dignitas uz propter generacionē
eternalem qua est filius dei naturalis ꝙ li ho
die autem significat diem p̄sentem intelligi
tur eternitas que semper presens est ꝛ una p̄s
Melior ē dies una in atriis tuis super milia
applicando uero moraliter ad prelatum tāg i
tur eciam causa quare sibi cōpetit iuste offi
cium ꝛ dignitas regis qz uidelicet geitus est
ideſt institutus a deo approbante ꝛ non solū
permittentē. ¶ Sciendum ē enim ꝙ fixelis
quilibet quā diu est p̄sona priuata ē quasi pu
er in utero non dum natus Si tñ ponit̄ i of
ficio publico tunc est perfecte natus ꝛ geitus
non latens in mundo sed patens uerūptamē
multorū sic accelerat̄ generacio ista ꝙ ē ni
mis incōpleta imo nec est a deo agente sz po
cius permittente ꝛ ideo non ē ibi uirtus p̄s
sufficiens sed pocius sola uirtus matris defi
ciens ꝛ ideo ꝓtus est monstruosus dicit enim
ysidorus duodecimo ethiōz. ꝙ ursus gene
rat informem partus nascit̄ ei caro quā mater
in mēbra cōponit diē enim tricesimo gene
rat uñ fit precipitata fecunditas in formis p̄
creet̄ sic est de multis quoz generacio nimis
accelerat̄ ꝛ exponat̄ ad publicum officium
in eccl̄ā nz dum sunt ad huc quasi massa car
nis ideſt oio carnalibus deditis exponunt̄ nec
habent aliqō principium effectiuum ꝙ det
eis formam ꝛ figuram uiuo debitam nisi ling
uam mendacem carnaliū amicorum . ꝛ ideo
oz qō talis partus semper sit in foris ꝛ mon
struosus .q. ursus ē puer. uicesimo octauo Cyr
sus esuriens princeps impius . Jsti non
sūt uere successores xpisti in regno eccl̄ē ideſt
regiē qz nec filii Job. xxi. ondit̄ qui sunt
filii. dedit iuquit potestatem filios dei fieri
his ꝛc̃. qui non ex sanguinibus neqz ex uolū
tate carnis neqz ex uoluntate uiri sed ex deo
nati sūt. Potest ꝛ alio modo exponi moralit̄
de quolibet xp̄iano ꝛ precipue qui xp̄istianꝰ
est re ꝛ non solum nomine qz talis est filius
dei ꝛ ideo constituit̄ in dignitate regali per
quam animam suam ꝛ corpus tenet̄ recte re
gere sicut enim pater dicendo produxit filiū
naturalem unigenitum ita ꝛ dicendo gignit
sibi filios adoptiōs ifiguracōis enim sacrō ac
cedit uerbum ad eleuacōem ut fit sacramētū

in quo renascitur filii dei Similiter est in sacramento pcie ubi recuperat dignitas filiat' prius amissa imo ut sic fit ēt sepe i uerbo dei ab auditoribus rite suscepto est ei semen uerbū dei qđ memoria 7 in corde auditoris recte susceptum 7 seruatū sic proficit ut ex ipo nascatur filius dei Simile hēmus in natura. dicit ei phūs li.xvii.qđ ap̄. babilois seruntur folia palme 7 ex eis consurgunt palme alie i tra qđ uis sementis palmarū ap̄. eos non solum includit' in fructibus sed eciā in foliis. Sic in proposito nam xp̄s palma est cā.vii. Statura sua assimulata ē palme folia ut dcm̄ fuit in primo p̄s.sunt uerba dei hec uerba serunt' apud babilones qñ uerba dei proponuntur ap̄.peccatores confusione dignos que in palmas alias conuertūt' qr ueri xpistiani uirtute uerborū eius efficit' iustus ei ut palma florebit 7 sicut dicit' prouer.xli. Justus quasi uirens foliū germinabit folium ei .i. uerbum est sue generacionis 7 germinacionis semina le principiū Jac̄.i.uoluntarie genuit nos uerbo 7 cetera.

Luc 19 OSTULA A dE nc̄.hic tangitur ptās regalis super gentiles 7 in incredelos que xpisto data fuit propter meritum passionis 9p postulacio dici potest uel propt̄ meritū oracionis qr in rei ueritate p transgressoribus orauit ut non p̄irent Sicut hētur psal. liii° 7 p3 luce xxi. Termini uero terre in ppo sito possunt dupliciter accipi nā termin9 rei duplex est unus intrinsecus 7 sic accipiendo t̄minos per ipsos intelligunt' magni peccatores qui sūt quasi in t̄ino malicie dMath.prīō Vocabunt' termini ipietates 7 populus cui iratus est dominus 7 mos accipit xp̄s i possessionem qr sepe ipsi per uirtutē passiois xp̄i 7 propter efficaciā oracionis eius ad deū conuentunt' 7 efficitur possessio eius nñ.xliiii. Orietur stella ex iacob 7 consurget uirga de israhel nc̄. 7 erit ydumea possessio eius ydumea idest terrena alius t̄inus rei exterius per quem modū aqua uel mare dicitur terminus terre qr ad mare 7 aquas terminatur Josi.decimo quinto. dMagnū mare t̄inus eius .Sic uero accipiendo terminos eius per ipsos terminos terre intelliguntur uiri perfecti qui se oīo ptrā ē rām 7 terrenas affectiones posuerunt 7 in amaritudine pcie conuersant' qsi in aq̄s maris 7 isti sunt spāliter possessio xp̄isti 7 tales debent esse omnes xp̄istiani si ad originē suam respiciunt Locus ei generacōnis xp̄isti monū aqua est non terra scōm illud Job.iii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua 7 spū nō pōtest introire in regnū dei hoc ē autē 9p dicit Ap̄o .i.cor.x.Omnes in moyse baptizati sumus in nube 7 in mari Igitur utra conueniēs 7 maxime congrua xp̄istiano est in aquis maris aboc.i. facies hominis quasi pisces marī cuius signum est qr sicud medici corporales extra locum sue natiuitatis infirmatis consulunt ut ad locum nat iuū reuertant' qr ibi facilius curant' 7 cicius si aerem natiuū habuerant Si 7 medici spūales spūaliter infirmatos ad locū natiuū curandos remittūt ut haureāt aerem 7 spm̄ natiuū de quo gen̄.primo Sp̄s dn̄ ferebat' super aquas quociens eis terrena deserere 7 in amaritudine pcie quasi i aquis maris uiuere conuulunt 7 ce medicus xp̄s sciens qđ terra pestilēs ē sicut habet' luce v 2 rogabat petrus a terra reducere pusillum et sedens docebat de naticula dMoraliter tamē uersus iste exponi potest de quolibet xp̄istiano qui potest postulare a deo 7 recipere gentes in hereditatem 7 terminos terre in possessionem nam per gentes ut dictū est in primo uersu huius p̄s intelligunt' cōcupiscencie carnalis per hereditatem uero in elligo plenitudinem dōinei Secundum enim cassionū hec hereditas dicitur ab hero idest domino eo 9p in eo libera potestate dominet' 7 ideo gētes habent hereditatē qui motibus carnis libere duāt' Ad istam hereditatem nullus pōt prō priis uiribus peruenire sed oz diuinū auxiliū postulare Postulans autem rite indubitanter recipit Jac̄.i. ¶ Postulet autem in fide nichil hesitans Nec credat aliquis 9p ista hereditas seu dominium sit modic qr uero maximum est Legit' enim in libro de nugis curialium 9p mesis tm̄ profuit armorum disciplinā ut cum romanis ausi sint super iperio gentiū dimicare quibus aduersus romanos pugnaturis unus ducum ante aciem postulato silencō uos inquit qui estis Responsum ēst romani gencium dō 7 ille ita fiet inquit si uos uinceritis graui tandem conflictu pugnatū est sed romani uicerunt ¶ Sic dico in ppōsito 9p

reuere gencium domini sunt quicūqz motus carnis uincere nouit Señ.epis.xxv. Impare sibi maximū ipium est ¶ Sed aduertenduz q̄ dicit beatus grego.in registro uz q̄ hic inter reges gencium ⁊ ipatores romanoꝝ dis tat q̄ reges gencium dñi seruoꝝ sunt Im pator uero romanoꝝ dñs liberoꝝ ergo qui uult regere gentes istas decet eas oio tāquā seruos subpeditare p̄f. subiecit populꝰ nobis ⁊ gentes sub pedibus nostris Illi uero recipi unt in possessionem terminos terre qui nouit terminū ponere cupiditatibus terrenoꝝ dicit el seneca epi.xl.Lex nature scit quos termi nos nobis statuat non esurire non sitire alere famē sitim qz depellas ad manū est q̄ sat̄ est qui cū pauptate bene conuenit diues est. Senec.Ecce qui sunt termini terre ⁊ amoris terrenoꝝ quos natura prefixit qui istos tran sit nunquam terminos terre attingat rō quia licet terra quantam ad ptem habitabilem aīa libus ⁊ hoībus concessaz terminos habeat ut dictū fuit cū ipsa terra terminū non hz ē enī figure sperice in qua non est actu principium finis ⁊ ideo ad terminos terre hoī cōcesse po ssibile est hoī peruenire sicut patuit de alex andro ⁊ hercule quoꝝ unus orientis finem attigit alter uero occidentis ⁊ iō uocant illi termini colūpne alexandri ⁊ gades herculis Sed qui contra terminos quereret in circui tu uouueretur nec ad terminos alios peruenī ret sic ⁊ amori terrenoꝝ licito ⁊ hoī concesso certi sunt termini quos tangit seneca qui ue ro ultra transit mouebitur in circuitu ipioꝝ nec finē in ueniet q̄ sicut dicit senec. epis.sep tuagesimo quinto Necesse est ut in imensū ex eat cupiditas que naturalem modum transi lit illi est ei snum finem hñt inani gloriā ⁊ ex libidine orta sine termino sunt hec ille Istud manifeste patuit in Alexandro magno qui li cet ad terminos terre a natura statutos per uenisset effectu secundum qō.i: Mac.i.hētur sez q̄ pertransiit usqz ad fines terre Sua tñ cupiditas terminos non inuenit imo sicut nar rat seneca libro de beneficiis qō cum a quodā comite suo audisz de auctoritate demoꝝti i mi rabiles mundos esse ingenuit ⁊ ait heu me in quit miserrimi qui nec uno quid sum potito unde utrisilem est qō post mundū istū ad alī os mundos demotriti aspirasset psal. Aquit os suū absqz ullo termino. ⁊ ideo si uis tremi

nda ere posuere oz uti consilio Senec. epis. lxiii. Si uis inquit diutē facere non peccasse adiciendū est sed cupiditati attrahendū pro uer.uicesimo secundo Ne transgrediaris t̄mi nos antiquos quos posuerunt pres tui ⁊c.

7 99

EBES EOS IN CIFRgu ferrea ⁊c.hic agit de rpisti gu bernacione qui bonos regit ⁊ ma los confringit Nā p uasa figuli intelliguntur peccatores nam p figulū qui a figendo uel itelligit dyabolꝰ q multa fingit ex luto idest de boue ut faciat uasa ire Sap. xv. Res supuacuas fingit figulus enim pri mo uasa licrea rote īponit ubi eius motu cir culari forment ⁊ figurent deinde ea ut uelic cent soli exponit tercio uero īfornace ut ipsa sufficient indurent consūmat ⁊ pficit sic ⁊ dyabolus peccatores primo rote fortune per amorem affigit ut sic capit circuitus eorū ut sic figuris mundi precipiendo huic seculo cou forment ecclē.trecesimo octauo ⁊ figulus se dens ad opus suū conuertens pedibus suis ro tā ⁊c. In brachio suo formabit lutū sic autez formatus est datus auaricie Sapie xv. Ter ra supuacua spes illius ⁊ luto uilior uita eiꝰ Soli autem exponit deliccandus qñ ab huō re gracie ⁊ deuocionis ad glorie mundialis ⁊ ⁊ inanis appetitū oio conuertit ecclē.primo Vide cūta que fiunt sub sole ⁊ ecce uniuer sa uanitas sed īfornace ponit in durandus qū igne carnalis uoluptatis totus incenditur ecclē.trecesimo octauo Vapor ignis urit car nes eius ⁊ in calore fornacis consicerat sic fi gulis iste consūmat uasa sua p induracōnem factā ab igne t̄est p obstinacionem mentis ⁊ peccato carnalis lasciuie quoꝝ multi p̄ iō ui debant uasa electionis ⁊ tamen facta sūt ua sa confusionis de quibus gal.iio. ¶ Sic stul ti estis ut cū spū ceptis nunc carne consūme mini hoc lamentat Iero. iiii.Filii spon incliti ⁊ amicti auro puro quō reputati sūt in uasa cestea opꝰ manuū figuli ista uasa a ppo confringent uel q̄ qñqz pfecte de malis con uertunt nā ista confractio est cordis contricio pfecta qñ sez peccatoꝝ non solū opa sed usqz ad cogitaciones nec solū peccata grauia sed eci ī mima nec solū usqz ad subām prauī ope ris sed usqz ad mimas circūstancias uitā suā

agrauantes discutit ꝙ plangit ꝑsal.3°. comminuet sicut conteret lagena figuli ꝙ non timebitur ve fracmentis ejus testa iniqua portet igniculus uel qz si non sponte conterit eternaliter punit non solū usqz ad minutas pecias sed in nichilū redigent ꝙ confringent. ꝑs. Molas leonum confringet do⁹. ¶ Per uirgam ferreā quatuor possumus intelligere uz tribulacionem pricis: uite duram ꝙ grauez Sub ista aūt uirga boni regunt qz ad rectitudinem pducunt Mali uero confringūt qz si uas aureū uel argenteū curuitatem habeant Per ferrū retenta sua integritate corrigitur ꝙ sub malleo suauem reddit tinnitū teste um aut frangit ir egabiliter ꝙ graue sonum reddit ꝙ cecū Dicit ei ꝑsidorus tercio ethiōz. Q cera uoz est sicut in fictilibus sic in tribulacione iusti retenta pacia corrigunt ꝙ ideo grās referunt Mali uero statim frangunt ad uersis in uocem cecam murmurōis contra verum erumpunt figura habet dañ.3.de igē caldeorum qui tres pueros in medio sui existentes seruauit illesos ꝙ in dei laudem conuertit Caldeos uero qui iusta erant exussit. ꝙ iō dicit August.i.ci. Sicud sub uno igne aurum rutilat palea fumat ꝛc.infra una ꝙ eadem qz uis irruens bonos probat purificat eliquat. malos dampnat uastat extimat Cinde eadem afflictione mali deum detestant ꝙ blaspheāt boni purgantur ꝙ laudant hec August·ꝑs.

¶ Nam ꝙ si ambulauero in medio umbre mortis non timebo ꝛc. uirga tua ꝙ baculꝰ tuus ipsa me ꝛc. ¶ Secundo modo ꝑ uirgā ferreā intelligit lignū crucis qō signanter dicitur uirga ferrea qz ad litteram lignū ducū multis clauis ferreis erat confixū ꝙ racionabiliter nā uirga ista fuit arma cura xpisti ꝙ lancea contra hostes ii.regū xxiii.Peccatores qui spine euellent ꝛc. Si quis tangere uoluerit armabitur ferro ꝙ ligno ꝙ lancea Erat ꝙ ceptrum regale uirga ista quam ipse portauit io· xix.baiulans sibi crucem extiuit in signum uz ipū unde Bern.in sermone de passione alludens illi Math.xxvii.Si rex israhel est descēdat Immo uere qz rex est israhel titulū regni non deserat uirgā ipū non deponat cuius impium nimirū sup humerū eius hec Bern.per istam uirgam mali confringent ꝙ iusti regēt qz sicut dicit .i.coz.i. uerbū crucis ꝑūtibz stultitia est biis autē qui salui fiunt.i. nobis ui. tute dei est prouer.xxiii. Tu uirga percutis illum ꝙ aiam eius ō ī ferno liberabis ¶ Tercio mō per uirgā ferreā intelligit inflexibilis iusticia propter hoc enim regibus uirga idest ceptrū dat ut ostendatur eos auctoritatē habere iuste ꝙ recte iudicandi seu potius ut ostendat eos debere recte iudicare ꝙ regere. in uirga enim rectitudo in ferro flexibilitas designat sed dubitacio est quare non habet xpisus ceptrum aureum sicut reges qz forsā aurū non est apud eū pretiosū Sap.xvii.omē aurū in cōparatione illius arene est exigua ferrum autem magis pretiosum est apud ipsuz Nam dañ.ii.Ferrum domat omnia ꝙ iō ferrū seruit ꝙ congruit rectitudini iusticie ꝙ iudicis qz eccle.septimo Noli querere fieri iustus nisi ualeas ui tute irrumpere iniquitates Aurū uero repugnat ꝙ uenenum est iusticie nam aurum ꝙ argentum secunduz seneca auariciā nostram irritant que oculos iudicis excecant ne rectum uideat eccle.uicesimo primo Qui diligit aurum non iustificabit ideo signant dicit de xpisto Apoc.decimo qz recturus est omnes gentes in uirga ferrea. ¶ Quarto per uirgam ferream intelligit humana natura ab ipso assumpta que uirga dicit quasi uirgens qz potestate diuina que sua est cūctam creaturam regit ꝙ gubernat Dicit autem uirga secundum cassionum eo qz ui sua regat ꝙ uirgē non sinat innitentes sic ꝙ hec uirga sibi innitentes non sinit uirgere sed potenter supportat ꝑsa.l. Quis ambulauit in tenebris ꝙ non in lumen ei Speret in nomine domini innitat sup domum suum fuit autez ista uirga ferrea qz sicut dicit in libro de naturis rerum Judici adamantis uis maior esse putet Si sedes eius cum in anulo ponit ferrea sit unde ꝙ sicut dicit Ay.libro de lapidibz adamas ferrum attrahit ꝙ magneti surripit sic ī proposito nam adamas secundum ꝑsidorum decimo sexto ethiōz.greca ethimologia dicitur quasi uis naturam diuinam cuius uis insuperabilis est .dicit autem quasi uis indomita secundum ipsum qz nec ferro nec igni cedit Sed tantum in hircino sanguine emolescit sic ꝙ ira dei nec igne idest ueteris legis sacrificiis que igne consumebant ꝑpetuo .ga preceptum erat ueteris legis leuit.vi. Ignis ī altari meo semper ardebit nec ferro idest humano corpore assumpto est emolli a ad miam

a. remissio⁹em culpe originalis donec sanguis innocentis si'ii placeret ꝑsai. iii. ut adamātez ⁊ ut silicem dedi faciem tuam facies ꝑpria erit sua diuinitas iste autem adamas ut no bis magis suam uirtutem ostendent positus est in ferro idest in natura assumpta a patrib⁹ ueteris legis tanquam in sede conuenientissiā luce primo Dabit ei dñs deus sedem patris eius ⁊ regnabit unde ⁊ propter hoīem ipse ferrum illud rapuit a magnete unde magnes erat dyabolus qui totum ferrū istud ideſt to tam naturā humanā ad se rapuerat Sed ada mas iste sua uirtute ferrum magneti surripu it quando naturam nostram sic ab omni pec cato mundauit ut de purissimis uirginis sang uinibus sibi corpus assumeret Job uicesimo octauo .ferrū de terra collit̄ ideſt de beata uirgine de qua ꝑs. Terra dedit fructum suū ꝑsiio. xly. Aperiat̄ terra ⁊ germinet saluatorē

res obscuritas ergo oculorum ⁊ grauitas supcilioum est signum ꝙ in eorum intencione est principaliter congregare superflua Si enī principaliter intenderent regere ⁊ non congregare maiorem uolent opꝰ Scīe imo nec ante regimen appeterent quam sciām haberent ⁊ tunc ecclesie optime regerent̄ Plato enim aiebat beatas fore res publicas si eas aut sapientes regerent aut earum rectores sapiēcie sturerent propter ꝙ dicit Sap̄. puer. viii. per me reges regnant ⁊ legum conditores et aliter secundum glosam exponit̄ ꝺ. iste generaliter de omnibus fidelibus qui reges sūt secundum illud ii. pr. ii. ¶ Vos estis genus electum regale sacerdocium Isti ergo debent intelligere ⁊ eruditi Intelligere pertinent ad ꝑcepta .sed eruditi pertinet ad consilia Racio primi q⁹ intelligere dicitur intus legere .intus legere non potest aliquis nec ea que intus scripta sunt hec autem sunt precepta que intus in anima ⁊ in corde eorum sunt Sicut non occides non adulterabis ⁊c̄. que in corde cuiusq⁹ eciam infidelis scripta sunt Roman̄. ii. Gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt ⁊c̄.qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis Sed multi sūt qui legere ista non possunt propter culpam ꝓpriam Nam aliqui librum conscientie ubi ista legi deberent habent ita luto immersum ⁊ deturpatum ꝙ non apparet in libro quid scriptum sit ⁊ isti sunt auari argento immersi deg bus Sap̄. vii. Tanquam lutum estimabit̄ argentum Aliqui uero habent librum suum cōbustum sicut enim babilonii cōbusserunt bibliotecam ueteris testamenti ita spūs immundi cie carnalis cōburrunt librum conscīe ut ī eo legi non possint ⁊ talem librum uoluptuosi. i. machabeoꝝ .i. Libros legis cōbusserunt Alii qui uero habent librum signatum ⁊ clausum Signatum in quam sigillo dyaboli sicud supbi ⁊ elati ꝑsai. xxix. Erit nobis uisio omnium sicut uerba libri signati quem cum dederint scienti litteras dicent lege istum ⁊ respondebit non possum signatus est enim . Isti ergo omnes intelligunt ꝙ non intus legunt ꝑs. Nescierunt neq⁹ intellexerunt in tenebris ambulant ⁊ alibi Stir insipiens non cognoscet ⁊ stultus non intelliget hec Racio autem secundi est q⁹ eruditus secundum ꝓfidorum decīo ethniōꝝ dicit̄ quasi non rudis sed doctus et

Z 149 IS NICHE REGES IN telligite ⁊c̄.hic est tercia pars ꝑs. in qua nos inuitat ꝑs. ad exhibendum xpisto reuerenciā ⁊ seruicium debitum ⁊ primo nos inuitat ad eius seruicium Secundo subiungit penas ⁊ premium ibi apprehendite ⁊ primo inuitat ad consideracionē u exhi 2° ad opacionem boni ibi . Seruite domino ⁊ potest iste uersus dupliciter exponi uno modo de hīs qui regunt alios et propter hoc dicuntur reges ⁊ iudices qui dñt habere intelligenciam de crescendis ⁊ eruditi in agendis Dicit enim uege⁹ libro primo de re militari neīem decet magis utiliora uel plura scire quam principem cuius doctrina omnibus potest prodesse subiectis ⁊ si uerum est illud ꝓuerbiū regi francorum a rege romanoꝝ directum rex illiteratus est quasi asinus coronatus Si hoc uerum est de regibus temporalibus multo magis est hoc uerum de regibus spiritualibus ideſt rectoribus ⁊ gubernatoribus animarū q⁹ multo plus obligant̄ ad scīe ciam optinendam Sed unum est ꝙ forte ipse dit dicit enim phūs in libro de regimine principium ꝙ quando superfluitates congregant̄ in capite sunt obscuritas oculoꝝ ⁊ grauitas supciliorum sic in ꝓposito nam per capud intelligit̄ intencio que est principium operis ꝑ oculos ⁊ supercilia intelligit̄ prelati ⁊ recto

extra ruditatem positus Illi aũt qui solũ stu
duerint in preceptis ip̃lendis sunt quasi nuces
in lege uel quo nichil sciunt nisi grossa Nam
sicud habetur Math.xxii.hoc est mandatuz
magnũ in lege imo maximuz diliges dominũ
deũ tuum ꝛc.Secunduz aũt diliges proximũ
tuũ sicut te ipsum ꝛ cum oĩa precepta i hiis
duobus contineant qui solum nouit precepta
ip̃lere uidet scire grossa qui ip̃lere studet cõ
silia uidet occupari circa quedaz multuz sub
tilia ꝛ iõ talis non est ruditis sed ꝓfectus i le
ge Math.xix. ¶ Si uis perfectus esse uade
ꝛ uende omnia qz habes ꝛ da pauperibus ec
ce consilium ꝛ iõ talis est eruditus idest . ex
tra ruditatem positus prouer xvii . Precioſi
spũs uir eruditus ꝛc.

Z 11 9 ERUITE DOMINO ꝛc.
bic adhortatur nos ad opacionẽ
boni ꝛ ponit duo documenta ui
delicet quõ debemus bene facere
ꝛ quõ licitum est nobis de bono facto gaude
re .seruire enim deo est bene operari Nã hoc
est seruicium solum ꝙ deus a nobis exigit
ꝛ illud exhibendũ est cum quodam timore ut
uz qui stat uideat ne cadat . Timor aũt iste
est precipuus custos grẽ dei ꝛ boni in nobis
dicit libro de naturis rerũ ꝙ aurum occulta
tur sub spẽie pulueris terrestris hoc mõ quã
do enim aurum in igne liquefit in muscetur
ei cinis ꝛ mouetur cum testula donec aurum
puluerisetur .aurum aũt sic puluerisatum et
occultatum sub spetie pulueris portat de re
gione ad regionem propter timorem latroniũ
huic recordat illud Je.x.Argentum inuolutũ
de tarsis affertur ꝛ aurum de offir Sic in ꝓ
posito nam per aurum intelligo graciam qua
anima ditestit spũaliter in plus quam per au
rum temporaliter ꝓuer.xxii. ¶ Super argen
tum ꝛ aurum grã bona per ignem intelligo
temptaciones hostis antiqui quibus animam
incendere nititur ps. Incensa igni ꝛc.Ab in
crepacione uultus tui peribunt ysai.liiii.Ecce
ego creaui fabrum sufflantem prauus in igne
Jn isto igne aurum liquescere incipit quando
ad consensum incipit animus emoliri sed tũc
miscendus est cinis eterni incendii qui timorẽ
incuciat aut certe cinis mortis de q° Sap.ii.
Extinctus cinis erit corpus tui adhibeat tes
tu idest consideracio nostre imbecillitatis q̃ue
ex nobis omnem securitatem auferat de qua
ps.aruit tanquam testa uirtus mea ꝛ tunc au
rum grẽ sic occultabitur sub specie pulueris
ut absq; spoliacione transire possumus bern.
omel.v.iiii.super can.dicit sic . Jn ueritate
didici nichil eque efficax ad grãm ꝓmerẽdã
retinẽdã recupandã quã si oĩ tpe iueniaris co
ram deo non altũ sapere sed timere ideo pro
uer.xxiii. ¶ Non emuletur cor tuum pecca
tores sed in timore domini esto tota die ꝛ ex
ultrate ei Ecce secundum documentũ quomo
do uz de bonis acceptis debeam us gaudere
sic uz ꝙ nostra exultacio cum tremore sit ad
mixta Nullus enim scire potest in hac uita ꝑ
se ipso uel ope suo utrum sit deo acceptum.
¶ Nescit enim homo an amore uel odio dig
nus sit sicud dicit ecclesi.nono: ꝛ ideo dicit
beatus gregorius mora.xxxi.Super illud Job
Gloria uarium eius error ꝛc.Omnis qui be
ne uiuere incipit audiens ꝙ ꝑ extremũ iudici
um iusti ad regnum uocentur hylarescit Sed
quia quedam mala ad huc ex reliquis sibi in
esse considerat hoc ipsum de quo exaltare in
choat appropinquare formidat uitam quippe
suam bonis malis qz permixtam considerat
ꝛ cogitaciones suas aliquo modo spe ꝛ timo
re confundit hec gregorius iõ Job quarto .
Pauor tenuit me ꝛ tremor ꝛc.Ecce qui ser
uiunt ei non sunt stabiles ꝛ in angelis suis re
pit iniquitatem ꝛc.

Z 12 9 APPREHENDE DISCI
plinam ꝛc. hic subiungit ps. pe
nam ꝛ premium et primo tangit
penam contempnenciũ .secundo
premium faciencium ibi Cum exarserit ꝛc .
ubi sciendũ ꝙ disciplina duplicit accipi põt
uno modo pro sciã alio modo pro castigacio
ne que fit per flagella ꝛ isto secundo mõ ac
cipitur in ꝓposito secundum glosam debem⁹
enim apprehendere diuinam castigacionem ꝛ
gratanter ꝛ ualde gradenter amplecti consi de
rantes ꝙ hoc est potissimum argumentũ ꝙ
ipse nos amat tanquam filios legitiõs apoc .
3°.Ego quos amo arguo ꝛ castigo dicit enim
phũs libro primo ycono. ꝙ matrum est nut
re ꝛ.patrum castigare xpristus autez quando
dat prospera tunc fouet ꝛ nutrit in quo

gerit uicem matris Quãdo dat aduersa tunc castigat in quo gerit uicem patris ꝛ iõ sicut primum est signum amoris materni ita secun dum paterni ꝓpro.iii. Quez enim diligit de us corrigit ꝛ quasi pater in filio complacet si bi Si cui uero nascit ipsũ castigare cõtẽpnit Nam ut uir molestus eũ cui irascit castigare dissimulat .ꝓcterus libro de ꝓuidencia narrat de archita ꝙ cum secundum sui pcc cassent in agro in hiis per sibi iusta fuerant ẽ ca agriculturam ꝛ indigeret punicione iratus eis bene ualete inquit qz irascor ꝛ de teama narrat ꝙ ad ministram suam dixerit si non essem irata uerberarẽ utiqz te ꝛ cõsimile nar rat de platone ꝛ de diuersis aliis ubiqz Con simile est de deo qui iratus castigacionẽ dissi mulat ꝛ ideo consulitur ad hebre.xii. ꝟ Fili mi noli negligere disciplinam dñi ꝛc.quam enim diligit dñs castigat flagellat autem omniũ fi lium quem recipit Ne quando iracatur ꝛc. Ecce pena de qua dicit sic Augusti. hec mag na pena est que ab hiis formidat qui aliquã dulcedinem iusticie perceperũt qui enim ꝓpe de uia iusticie cum magna miseria per uias ĩ equitatis errabit hec Augusti. Reuera ꝙ hec sit magna pena scire poterit qui considerat quã penale foret sibi cecus existens longe in solitudine a domo ꝛ patria distaret nec hab ret qui eum ad iter rectum reduceret circui ens palpitando in tenebris erraret sic est de malis a deo uersus ꝛ ĩ malicia excecatis Sa ꝓpie v. Lassati sumus in uia iniquitatis ꝛ pdi cionis ꝛ ambulauimus uias difficiles uiã aũt dñi ignoraumus.

QUAM EXARSERIT ꝛc

hic tangit ꝓpsal. premium bene ope rancium scz beatitudinem dicũt autem beati secundum ꝓfidorum fuit in principio huius libri dest bene aucti ꝛ ideo qui confidunt in deo sunt beati qz bene aucti non autem qui confidunt in mundo im mo male augentur ꝙ ꝓz ex tribus Primo qz non augentur naturaliter nam illud naturali ter augetur qõ prouenit ad quantitatem natu re debitam si autem excedat est augmentum monstruosum ꝛ secundum Auic.i. can. inter egritudines qñqz conputandũ est qz.d.ꝛc quo dã qz ad tantã q̃ntitatẽ oĩm membrorz peruc nerat ꝙ se mouere non poterat sic augent qui in mundo conficiunt ꝛ qui in congregan dis terrenis modũ nesciunt Senec epist.xcix. Necesse est ut in mensum excedat cupiditas que naturalem modum trãsilit Jn multis mu gnitudo naturalem moduz transilit qz ex ꝓ u pertatibus ꝓ geniti ad quantitatem diuicia rum que eorum naturali origini repugnat uci unt ut diceret talis qõ habetu secundo pal. ꝓ. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei idest modico porcio mee substan cie est maior quaz tota substancia patris mei Jsti uiuentur non bene aucti sed realiter sũt infirmi qui non possunt ad bonum se mouere in quorum persona loquitur ꝓpsal. Ego aũt dixi in habundancia mea non mouebor Jgitur isti nõ sunt beati Senec.epist.xxxvi. Dicimus beata esse que secundum naturam insunt ¶ Secun do qz nõ augentur proportõnabiliter ĩ augmento non solum quelibet pars aucti est aucta imo eciam quelibet pars augetur proporcionabil i ter si bene fiat augmentum unde si augeat uma manus alia non uel si una aucta altera . minueretur nichilominus esset maior sic est de hiis qui in mundo augent qz corpus augetur ꝛ anima minuit non sic est in augmento spũ ali Nam omnes partes augentur proporcioñ biliter qz omnes uirtutes sic sunt connexe ꝙ qui in una augetur proporcionaliter auget in omnibus Senec.epist.v. Js est inquit beatus quem nulla res minorem facit tercio qz solũ augentur appetitur ꝛ non ueraciter quia inflã tur potius quam augentur ꝓbũs libro de ꝓ blaumaribus querit propter quid cõmedentes storiam metallorum ꝛ in munda inflatur pe dibus ꝛ dicit ꝙ causa est quia non fruuntur cibo quem sumunt . ꝛ ideo sicut ex fame in flãtur homines ita et ex tali connexione . Sic in proposito .nam homines mundiales uidentur augeri sed realiter inflãtur cõmedẽ tes idest conseruantes ꝛ colligentes frequen ter non solum uerum metallum . sed storiam metallorum quia frequenter ita diu seruant apud eos donec sint quasi storia ꝓsal.primo. Argentum tuum uersum est in storiam qui talibus uestimtur inflari possunt Sapie .quar to.dicitur Rumpet illos inflatos sed non nu triri uel augeri qz non cedunt in uerum nutri mentum unde Bernardus libro de contemp tu mundi tales alloquens quid in quid hec ꝓ sunt uobis non sunt naturales cibi famem na

gis pronocant hec quam extingūt Et Ambro sius super primum psalmum Descendunt di uicie non explent. ¶ Patet ergo q̄ isti ñ sunt bene nati idest beati Math.iii.ergo bo nos dicimus arrogantes .q.d. non nisi secun dum apperenciam ⁊ falsam uulgi opinionem quam reprobat psalmista dicens. ¶ Bea tum dixerunt populum cui hec sunt beatus populus cuius est dñs ⁊c̄.

psalmus.

SALADUS DAUID cum fugeret a facie absalon filii sui absalon Sicud pate in glosa figurat iudam prod. torem qui xpistum persecu tus est ingratus a quo xpistus fugit quando cor eius gracia destincta ⁊ ipsum deseruit tra ditum in potestatem dyaboli .Prefigurat eci am mortaliter quemlibē peccatorem quem xpistus fugit quando ipsum deserit Sciendū est autem q̄ fuga importat recessum non spō taneum Sed quodāmodo coactū ex apprehē sione terribilis seu nociui xpistus autem qui dicit Prouerbiorum octauo Delicie mee esse cum filiis hominum neminem sponte deserit sed quasi coactus recedit ex apprehensione alicuius terribilis qa in rei ueritate facies pre catoris est bene terribilis non solum in se sed specialiter nata est xpistum terrere Si tamē suppeteret facultas sicut adest uoluntas dicit enim Crisostmus omel. trecesimo quinto .in inperfect. uere omnis homo malus quantus ad uolūtatē suā ⁊ manū mittit in dm̄ ⁊ occi dit eū qui .n.deū ad iracundiā excitare non dubitat qui precepta eius conculcat qui no men eius cōtempnit qui blasphemat qui mur mura: contra dm̄ qui turbato oculo aspicit . contra celum ⁊ cetera .Nonne si potuisset fie ri manus mitteret in deum ⁊ occideret eum ut iam licenter peccaret hec ille exquo patet q̄ peccatores sufficientem quantum in ipsis est prestant deo occasionem fugiendi quā cer neus sponsa ait can.ultimo .Fuge dilecte mi ⁊ assilare capree hinnuloq; cerborum . Sed ti mendum est hiis continue qui xpistum fuga uerunt quia infallabiliter rediturus est cuz ex ercitu ⁊ potestate magna cui resisti non pote rit ut eos expellat de suo regno ⁊ ipsos fugau do in ignem eternum ire cōpellat Math: ui cesimo tercio .¶ Serpentes genimina uipe rarum quomodo fugietis a iudicio gehen ne ⁊ ceters.

Z i 9

DOMINE QUID multiplicati sunt ⁊ cetera .p̄s. agit de xpisti passione ⁊ re surrectione Et diuiditur in duo . Primo enim ostendit p̄s. qualem conflictum xpistus sustinuerit se cundo ostendit qualem triumphum optaue rit Ibi ego dormiui ⁊ superatus sum ⁊ cete ra . Primo autem istius conflictus ponit par tem aduersantem Secundo partem adiuuan tem ibi Tu autem domine ⁊ cetera .Primo autem ostendit quale insultum suscipit ab ad uersariorum factis Secundo qualem ab eorū uerbis . ¶ Multi dicunt aduersarii autem xpisti in passione fuerunt tam iudei quaz gen tiles ⁊ quia iudei erant quasi intranei quia de suo genere .Ideo intelliguntur in proposito per insurgentes signanter aduersarii xpisti designantur per multitudinem . tam in isto quam in sequenti uersu per multitudi nem sa cra scriptura accipitur aggregacio multorum secundum illud Math.xx. ¶ Multi sunt uo cati pauci uero electi Racio est quia secundū philosophum decimo methaphisice Multitu do opponitur unitati Unitas autem summa est deus Deut.sexto Audi israhel deus tuus unus est Qui ergo isti unitati continue oppo nuntur oportet quod sint multi psalmista. ¶ Conculcauerunt me inimici mei tota die quoniam multi ⁊ cetera . ¶ Sciendum est autem q̄ isti multi tribulauerunt primo xpi stum in se ipso ⁊ secundo nunc tribulant xpi stum in filios de quo mirat̄ p̄s. ⁊ querit pp ter quid hoc faciunt Si ergo querat̄ de cau sa ex pte multitudinis que psecucōez ingerit non est cā nisi maxima malicia Si aūt ex pte illius q̄ psecucōez recipit .cā finalis ē utilitas maxiā xp̄s aūt paciendo in passibilitatē ⁊ ptā tē super hostes suos oēs meruit tam sibi quā nobis secum illud phūs ii.xpistus factus est obediens usq; ad mortem propter quod ⁊ de us exaltauit illum ⁊ cetera .dicit ei p̄s. vi. ethi. q̄ ferrū accensum igne nisi duret̄ icti bus corrūpit̄ ruens tñ secundū eundē nō est abile ad rūdēdū.s.stati q̄ extrahit̄ decaio sed

ps 39

oportet exspectare donec albescat Sic in proposito nam ferrū xpūstus ē propter uniuersalem sui potestatem Dan. secundo . Ferrum domat omnis .illud ferrum accensum fuit igne q̄ unitus fuit sibi ignis diuinitatis vt quo Deut .quarto . ¶Deus tuus ignis consumens est ideo oportuit ictibus indurari ut nō corrumperet seu potius ut in corruptionez mitteret iuxta q̄ sibi promissum fuerat in ps. ¶Nec dabis sanctum tuuz uidere corruptionem nec tamen statim post extractionem eius vt fornace seu camino tundi debuit sed oportuit exspectari donec albesceret Caminus enim in quo ferrum istud fuerat igni tum erat uterus uirginis qui bene caminus dici ppt̄ poterat ardorem precipue caritatis Jeronimus in sermone vt assumptione nouis quippe cotidie inflammabat̄ desideriorum affectibus quam totam in canduerat diuinus amor .Jta ut in ea nichil esset q̄ mundanū uiolaret affectus sed esset ardor continuus ebrietas perfusi amoris hec Jeronimus. de isto camino habet̄ ysai. trecesimo primo. Dicit dominus cuius ignis est in syon ⁊ caminus eius in iherusalem quando igitur extractatū est de hoc camino nisi sunt alīqui ferrum istud tundere scilicet heroes ⁊ sui ; sed non permisit Johannes vecimo septimo . Nemo misit in illum manus. quia non dum uenerat hec ora eius .Sed quando postmodum uenerat hora debita albescebat ⁊ hoc fuit quando Speciosus forma pre filiis hominum erat in pūcia hostium suorum nudatus est ⁊ spoliat⁹ ⁊ tunc tundebant fabri crudelissimi ps.
¶Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores ⁊ si querat̄ quid fabricauerunt uidetur quod gladium occisionem propriam .quia statim subiungit psalmista: ¶Dominus iustus concidet ceruices peccatorum . sic ergo fuit xpūstus tribulatus in se ipso psalmista Tribulacionem ⁊ dolorem inuenit . Secundo tribulatus fuit in suis ⁊ cotidie tribulat̄ Dicit gregorius tercio mora.super illud Job Cuide bant dolorem eius esse uehementez Si capud nostruz scilicet xpūstum tormenta non tangerent nequaquam afflictus membris perse cutori suo etiam e celo clamaret Saule saule quid me persequeris Si cruciatus nostri eius pene non essent conuersus afflictus q3 paul⁹ minime dicēt ⁊ supleo ea q3 desunt passioni xpūsti in carne meā hec gregorius Si autem querat̄ causa istius tribulacionis dico q̄ ex ipsa ex parte nostra est quam tangit gregorius libro 3°. super illud Job ¶Tu autem cō mouisti me loquens de beato Job .flagellis creuit uirtus pacīe atq3 ex dolore uerbis nucta est gloria remuneracionis . Exemplum habemus ad hoc in natura Dicit enim palladius libro secundo q̄ plantis robustis transplantatis maxime proest a uentis frequentibus agitari ut grandescant ita ⁊ nobis qui sumus transplantati quia primo plantati in paradiso ⁊ iam in agro isto expedit ut fortes simus frequens uentorum impulsio idest frequens tribulacio quia per hoc grandescimus ⁊ coram deo magni efficimur ⁊ forciores ⁊ magis ecīa fructuosi forciores quidem quia dicit Crisostomus .vecimo nono . super epistolam ad hebre .Arbores quanto magis cōmouentur tanto amplius forciores efficiuntur ⁊ igitur si fuerimus longanimes forciores erimus hec Crisostomus efficimur eciam magis fructuosi. Dicit enim Crisostomus super illud Math. decimo quarto .Ab arbore fici discite parabolaz si quando carnalia hominis affliguntur spiritualia eius tunc florent .Sicud igitur uernali afflatu arboris lapsantur in folia ⁊ in fructus sic persecucionibus excitantur anime ad uirtutem hec ille Ap⁹ uero dicit non solum nos excitari docens ad uirtutem in presenti sed eciam per eas grandescere ⁊ ꝓficere ad maiorē gloriam in futuro .ii. cor. iiii. q̄ in pūti est momentaneū ⁊ leue tribulacōnis nrē sup⁹ modū eterne glorie pōdus opat̄ i nobis

ps 29

CLITI DJCUNDE ANIMe mee ⁊c. hic ponit̄ insultus factus in uerbis ad hām xp̄o talibus uerbis insultabant ipso in cruce pendente Math. xxvii. Confidit in domino liberet eum nunc si uult Quod aūt tūc factū est circa xp̄m per iniquos morientē coti paliter idē fit cotidie q̄ malignos sp̄s aduersus xp̄ianum morientē spūaliter dicet ei ista uerba non est salus ipsi in deo eius Insultacō demonū ad agit desperacionē peccat oris motuenciū sed reuera faciliter potest refelli eoruz malicia q̄ deus xp̄istiani eciaz peccatoris ihesus est ab oc. iii. Exultabo in deo ihesu meo

Jhesus autem est idem q̄ saluator 7 causa assignat̄ Math.primo. ¶ Jpse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum ergo sequit̄ q̄ etiam peccatori est salus in deo eius ancel⁹ in quadaz meditacione dicit sic Jpse per semetipsum assumpta forma nostra assumpta natura nostra ad nos descendit uulnera nostra 7 mortem diligenter aspexit aspiciens palpauit tetigit pietate motus sup miseriam nostram quam nos habere uidit cō dolendo ingemuit 7 post hec de ipsa carne sua quam pro nobis ipse assumpserat quasi emplastrum ipse faciens nostris q3 doloribus apponens totam ex integro infirmitatem nostram sanauit hec ille ergo est salus peccatori in deo eius Jdeo diabolus talia suggerente orandus est deus noster illud p̄s. exurge dñe saluum me fac deus meus 7c̄.

continue ſecundum numerum denarium ducẽ
do ſic et hic quanto quis poſterior fuerit ſe
tanto i merito plus ualet ⁊ ſecundus nume
rum denarium ideſt obſeruacioem decem p
ceptorum plus proficit ⁊ per conſequens iuſ
tum eſt ut amplius premietur Moy. xxvi. ſu
per illud Job . Illic eriguntur ſanctis uiris il
le locus humilitatis eſt ut ille ſic celſitudinis p
uer . vi. Gloriam p̃cedit humilitas

Cij EXALTETUR DE

de portis mortis ⁊ cetera .
hoc pſ. ut facilius ediſcat
cõmemorat ſibi à deo preſti
tum beneficium Cibi ſciendũ
q̃ mors hic Cuno modo eſt pene eterne per
portas mortis in propoſito intelliguntur pec
ta cupiditates ſecundum gloſam : uel prauta
opera quibus ſcilicet ad mortem pene eterne de
quibus electi dicuntur exaltari quia amore ce
leſtis altitudinis omnes cupiditates inferiorum
bonorum relinquunt ut mortem eternam effu
giant per has portas prudens non ingreditur
Et ſi egreſſus ſemel fuerit non reuertitur ſed
ſicut Narrat Ualerius libro nono de ge
nucõ pretore uidelicet quod ſibi portam ere
am urbis egredienti mirabile contigit prodi
gium Nam ĩ capite eius uelut ſubito cornua
eruperunt Reſponſum q3 eſt eum fore rege3
ſi in urbem rediſſet quod ne accideret uolun
tarie ſibi exilium perpetuum indixit ⁊ ſicut
dicit ualerius in hoc quantum ad ueram glo
riam pertinet ſeptem regibus preferendus
erat ſic ⁊ portas mortis que enee ſunt secun
dum illud pſalmiſta Contriuit portas ereas.
exeunti ſubito cornua uirtutis erumpunt pſ.
Eruditabuntur cornua iuſti Nititur autem dy
abolus ſepe exeuntes portas predictas in ur
bem ſuam ideſt regionem umbre mortis pro
miſſis reducere puta promittendo regnum .
ideſt honores magnos. Sed prudens pocius
ſibi exilium iudicit perpetuum Cit merito re
gibus preferatur ſibi qui has portas ingreſſus
fuerit celeriter exeat non reuerſurus hebreo.
decimo tercio . ¶ Jheſus ut ſanctificaret
per ſuum ſanguinem populum extra portaz
paſſus eſt . Exeamus igitur ad eum impium
eius portantes . ¶ Alio modo per mor
tem intelligi poteſt mors culpe ſcilicet morta
lis Et tunc porte mortis poſſunt dici· pecca
ta uenialia et occaſiones quibus homo aliter
ad peccandum eciam mortaliter Licet enim
uenialia multiplicata mortale peccatum non
ſunt Tamen ad mortem diſponunt Cinde il
le exaltatur de portis mortis qui non ſolum
mortalia .ſed eciam uenialia uitatur declina
re Uegecius Libro quarto Capitulo xvi. Do
cet quod expugnacionibus ciuitatum duobus
generibus machinarum utunt quedã enĩ ſunt
maiores quibus muri dirimũtur quedaz uero

sant minores que maioribus adminiculuz iugiter exhibent quas musculos uocant . sic et dyabolus in expugnacione anime ,duplices machinas habet scilicet maiores quibus ani me applicatis tanto fortitudo ipsius anime statim ruit ꝛ sunt peccata mortalia .sed alias sunt minores que istis maioribus uiam preparant ꝛ adminiculum prestãt .q̃ sicut dicitur Eccle.xix. Qui spernit modica paulatim decidet propter qđ dicit Beatus grego.de his qui modica peccata pui pendunt Nequaquã inquit constituerant qualia sed quanta cõmittunt .i.quot ꝛ addit si despiciunt timere cũ ponderant debet formidare cum nũerant .

¶ Et reuera quamuis peccatum ueniale in se modicum uideatur cum ipsum multiplicatum uelut animam deprimit ꝛ quia ea negligit uix stabit quin immortale cadet quia sepe ex ueniali mortale procreatur ut dicit ysido. ethimx.xii. q̃ musculi pisces scilz parui dicuntur .q.masculi eo q̃ sit balene masculus naz eius coitu tanta belua concipere prohibetur . ita ꝛ de uenali qđ nidetur peccatum modicũ sepe procedit occasionaliter in monstrum .i. peccatum grauissimum ideo consulit ecclesiastes. Non des aque exitum nec modicum nec mulieri nequaquam uentam procedendi idest carni uel anime licenciam procedendi in uenialia sunt enim ipsa porte mortis de quibus Act.ix. Custodiebant portas die ac nocte ut eum interficerent ut annũciem omnes laudaciones ꝛ cetera .Filia syon ẽ ecclesia militãs que in syon idest in partibus syon puta i ihe rusalem a xpisto ꝛ apostulis sumpsit originẽ cuius porte sunt uirtutes ꝛ opera uirtuosa in quibus debemus stare ad annũciandum laudes uel psalmista . Introite portas eius in confessione ꝛc̃ .

XVLIBABO IN SALutari tuo ꝛ cetera Hic ostẽdit psalmista quomodo deo quantuz ad reprobas res humanas disponit Et primo ex primit iustorum leticiam de sua ab hostibus liberacione Secundo hostium miseriam quaz consequitur de sua iniqua machinacione ibi Infixe sunt ꝛ cetera .Quantum ad primum dicit Exultabo in salutari tuo .i. in salute q̃ te prestitit uel in salutari idest ihesu qui saluator interpretatur ꝛ ipsius proprium est saluare non solum ab hostibus extrinsecis sed eciã a malis intrinsecis unde: iii. ¶ Exultabo in deo ihesu ipse est enim medicina uite de qua dicit Auicenna ix.can.Sicut medicina uite que est una de confectionibus magnis sic uocata eo q̃ racionem bonam afficit animam confortat ꝛ letificat ꝛ linguam absoluit idest absolutam ꝛ expeditam facit sic ꝛ in ihesu si diligenter consideremus inueniemus ipsuz et confectionibus magnis Nam in ipso tria inueniuntur maxime ꝛ saluberrima uidelicet natura diuina potentissima anima racionalis beatissima ꝛ humana caro mundissima huius autẽ confectionis est effectus triplex uidelicet racionem bonam facere et hoc per fidem animã confortare ꝛ letificare per spem futurorum ꝛ presencium perceptionem linguam absolutam facere ad ipsum laudandum ꝛ hoc p caritatem ꝛ dilectacionem quia si linguis hominum loquar ꝛ angelorum caritatem autem nõ habeam factus sum uelud es sonans aut cimbulum tinniens idest sonitum ꝛ nõ uocẽ emittens Merito ergo debet infirmus hanc medicinam applicare Bernhardus omel.xv.super can. Si quid cum nomine ihesu eciam medicinam habeo in proposito mitem ꝛ humilem corde benignum sobrium castum misericordẽ ꝛ omni denicz honestate ac sanctitate cõspicuum cum xem ipsum deum omnipotentem q suo me exemplo sanat ꝛ roborat adiutorio .

¶ Orandum est ergo cum ps. ꝛ dicendum . Ostende nobis domine misericordiam tuam ꝛ saluatare tuum da nobis Infixe sunt gentes ꝛ cetera .Hic tangit malorum miseriam quam consequentur ex sua iniqua machinacõne ꝛ tangit duplicem miseriam quia scilicet ꝛ uulnerantur ꝛ illaqueantur Primum tangit dicens Infixe sunt ꝛ cetera .Interitus hic potest dici non solum pena eterna quam sibi faciunt dii mala operantur sed et ipsum peccm potest dici interitus cui infigitur peccator dupliciter uidelicet tanquam clauo ꝛ tanquam luto Est enim peccatum clauus quidam propter tria Videlicet propter grauem sui punctionem .Peccatum enim quamuis delectet . Tamen simul cum hoc uehementer pungit ꝛ uulnerat . Unde delectare in peccato non est nisi lambere mel de spinis . Mouabiorus

ſup illud Job. Eſſe ſub ſentib3 velicing
cõputabunt hec omnia inferos pungunt. ſ3
eaſdem punctiones ipſo rerum temporalium
uecti amore non ſentiunt quia peccatorum uo
luptatibus preſſi et affectu uite preſentis
quam ſint aſpera que patiuntur ignorant Ec
cle.ii. In requie ſua ſtimulabitur ve hoc ha
betur Judic.quarto. Cum ſilencio poſuit ſu
pra tempꝰ eius clauum percuſſoq3 malleo de
fixit in cerebrum qui ſoporem morti ſociam
defecit Secundo propter fortem intencionẽ
Nullius enim uirtus propria ſe liberare põt
ſed licet hoc uerum ſit generaliter tamẽ ſpe
cialiter uerum eſt hoc quando peccatum i cõ
ſuetudinem trahitur Scitis enim q̃ clauus
quando infigitur ligno molli facilius educit
ſed quando ligno indurato profunde infigiẽ
tur educitur niſi in igne lignum ponatur ſic
eſt de eo qui per prauam conſuetudinem ĩdu
ratur iudic.ii. ¶ Non dimiſerunt ad inuẽ
tiones ſuas ꝛ uiam durillimam quandoq3 ta
men ignis tribulacionis uel eciam ignis diui
nus ideſt habundans gracia ſpiritus ſancti li
berat eos ut ſalui ſint ſic tamen quaſi per ig
nem ꝓſ. Ferrum pertranſiit animam eius do
nec ueniret uerbum eius eloquium domini in
flammauit eum ꝛc. Hercio propter ſui effici
entis condicionem clauus enim efficiẽs habet
fabrum ꝛ ignem ignem ſcilicet ferrum emol
lientem ꝛ fabrum formam inducẽtem Sic et
clauus iſte. nam ignis emolliens eſt propria
cõcupiſcencia unuſquiſq3 enim temptatur a
propria cõcupiſcencia abſtractus ꝛ illectus ſi
cut dicit Jacoꝰ in can.ſua i. Ideo dicitur ec
cle.xxxi. Ignis probat ferrum durum faber ue
ro eſt diabolus ꝓſaie liiii. Ego creaui fabrũ
ſuſtantem in igne propter iſta ergo peccatũ
cõparatur clauo nũ.xxxiii. Qui remanſerint erunt
quaſi claui in oculis ꝛ lancee in lateribus qui
uero habet clauum ꝛ uult eum educere. Expe
dit ſibi clauum clauo retũdere clauum ſcilicꝫ
peccati clauo timoris diuini ve quo ꝓſalmiſta
Confige timore tuo ꝛc. Secundo cõparatur
peccatum luto ꝛ propter tria Primo quia in
quinat turpiter quantum ad auariciam Unde
Senec.epiſ.vi. Ipſos epifices intuere q̃ quo
rum manus ſterile terre genus ꝛ infimum ꝓ
pagatur uidebis quanta fuligine oblimantur
aut q̃ iſta ſcilicet Aurum ꝛ argentum magꝭ
inquinant animos quam corpora ꝛ in poſſeſſo
re eorum quam in artifice plus ſordidum eſt
Eccl.xxxiiii. Luto uitor uita eius a
Jxo Sopho.i. ulciſcabo ſuper uiros deſides
in fecibus. ¶ Secundo quia retinet molli
ter ꝛ tamen fortiter quantum ad luxuriam.
Unde eſt de ea ſicut ve bituie. quod ſecũdũ
ꝓuerbium decimoſexto ethiõꝝ.c.ii. Dam te
nax eſt q̃ nec aqua nec ferro rumpitur. Et
tamen ſecundum eundem in ſiria limꝰ eſt po
ſtim a terra ebulliens cuius natura eſt ardẽs
ꝛ igni cognata Sic hoc peccatum precipue
mala conſuetudine introductum fortiſſime
tenet ita ut nec aqua lacrimarũ nec ferro pe
nitencie uir ſolui poſſit Limus aũt iſte a ter
ra emanat ideſt ab infectione corporis et ta
men eſt eius natura ardens per concupiſcen
cias illicitas ꝛ cognata igni ſcilicet eterno.
Gene.xxxiiii. Uallis ſiluestris habe
bat puteos multos bituminos. ¶ Hercõ
quia ſuperbia ſubiugit uraſcibiliter non enim
in luto denſo homo perceptibiliter ꝛ deſcẽdit
ſed in perceptibiliter. ſic ꝛ in peccato ſuper
bie ſicut aſcenditur propria eſtimacione ſecũ
dum illud ꝓſ. Superbia eorum qui te oderũt
ꝛ cetera. Ita eciam deſcenditur quamuis de
ſcendens non ꝛcipiat ꝓſ amiſta. Aſcendunt
uſq3 ad celos ꝛ deſcendunt ꝛ cetera Et quan
to lutum eſt denſius tanto inſenſibilius ꝛ iõ
ſic merſus dicere poteſt illud ꝓſalmiſta. In
fixus ſum in limo profũdi ꝛ nõ eſt ſubſtancia
propter qõ orat ꝓſ. Erue me de luto ut non
infigar ꝛ cetera.

In laqueo iſto

quem abſconderunt ꝛ cetera
Hic tangit ꝓſalmiſta malo
rum illaqueacionem eo ipſo
enim q̃ aliis laqueos doli ꝛ
fraudis preparant ipſi ſubito eiſdem laqueis
illaqueantur. quia peccato grauius ꝛ delectu
cione innodantur Sic quod ſepe quaſi inuiti
detinentur eſt autem pes qui hic dicitur illa
queari amor ipſius anime. Quia ſecundum
Auguſtinum. Pes meus amor meus et eſt ſi
te duplex Scilicet dext qui uocatur caritas.
ſcilicet amor eternorum. Et Sinister qui uo
catur Cupiditas ſcilicet amor terrenorum.
Primus pes nunquam illaqueatur. Sed uel

non est uel liber est ⁊ rūcio est q; cāritās secū
dum apostolū .i. cor. xiii: Non est ambiciosa
nō querit que sua sunt ⁊ ideo super isto debe
mus incedere nec timendum est de casu .q;
ap⁹ ibidem Caritas omnia suffert caritas nū
quam excedit grego. Cuius pede nititur qui so
lo dei amore roboratur Cuius saltem si non
possumus semper continuate laborem illum
saltem pedem preponamus alteri ut explore⁹
⁊ temptemus ubi absq; minori periculo figi
possit Dicit ps̄ūs secundo de animalibus q;
aliqua animalia semper preponunt pedem dex
trū cum ambulant sicut leo . Ita ⁊ nos cari
tatem cupiditati ⁊ amorem celestiū amori ter
renorum ¶ Pes autem similē facillime capi
tur ⁊ illaqueatur cupiditas enim excecat ⁊ iō
qui cupiditati inniritur non potest uidere la
queos ut eos declinet intantum enim exce ca
tur ut etiā laqueos quos aliis pat ipsemet nō
uideat ⁊ ideo in tali casu oportet uti astucia
uulpina Dicitur in libro de naturis rerum de
uulpe q; si capiatur ipedica pedem proprium
abscindit ⁊ sic se liberat sed oportet istos fa
cere qui merito propter sui dolositatem uulpi
cōpantur ut per confessionem ⁊ satisfactōem
pedem abscindant pedem illuz ut euadere possit ma
nus uenatoris cōsilio saluatoris ⁊ math. xviii
Si pes tuus scandalizat te abscinde eū ⁊c .

COGNOSCETUR DO⁹
⁊c. hic ps̄. materiam laudis pre
standaz in aduentu secūdo ⁊ hoc
in speciali .⁊ primo tangit illius
aduentus euidenciam secundo diuine laudis
ex illo aduentu diuersam materiam ibi in ope
ribus manuū Quantum ad primum dicit Co
gnoscetur dominus iudicia faciens idest cum
inceperit facere iudicia de peccatoribus tunc
cognoscetur esse dominus qui nūc a reprobis
non cognoscitur tanquam ipsorum dominus
uel tunc cognoscetur q; dominus facit iudi
cia q; tunc iudicia diuina sencient que hic p
pter longam expectacionem non timebant .
Unde gregor: in mor. alluens illi uerbo ysa .
tacui semper ⁊ silui dicit sic uenturus iudex q
ulcione diu peccata hominum ptulit quando
q; cum furore examinis q; cum dolore mei
tis quantum ai aduersionis sentenciam intus
seruauerit ostendit ⁊ qō apud se nunc tacitus
tollerat in ulcione quamuis iudicii quasi ei
uolore manifestet ⁊ concludit beatus grego .
Nemo igitur hoc iudicem cuz latet despicia
ne suos contemptores cum ut celo fulserit ex
urat hec grego Unde puer .ps̄. Perdita sunt
uersutiis indicia Jn operibus manuum ⁊c
Hic tangit ex secundo aduentu diuersam lau
dis diuine materiam ⁊ primo tangit materi
am laudis ex malorum a bonis separacione Se
cundo ex bonorum finali remurmuracione ibi
Quoniam non in finem .Et primo tangit se
pacionis causam Secundo separacionem ipsaz
ibi Conuertantur peccatores Est autem causa
separacionis malicia operum que in iudicio inuenie
tur Potest autem dupliciter intelligi q; pec
catores cōprehendentur in operibus suis Uno
modo q; comūicentur ex operibus que ipsis
ad berebunt ⁊ quantum ad hoc ymaginatur
ps̄. de peccatore in die iudicii sicud de latroē
qui in ipso furto deprehenditur cuius opus
sufficienter perhibet testimonium contra ipsū
sic enim ⁊ peccatori ad berebūt sua opera q;si
in ipsis operibus deprehensi essent in eodem i
stanti quo iudicandi sunt Jero. secundo. Quo
modo confunditur fur quando comprehendit
sic confusi sunt sic reputabat se deprehensum
qui dicebat Dñe. i. in persona malorum ini
quitates mee conuolute sunt ⁊ inposite collo
meo Et signanter dicit conuolute quia in pre
senti student peccatores occultare peccata sua
cum tali uero occultacione quasi quedam in
uolucione presentabuntur iudici sed tūc reu
tabuntur ⁊ explicabuntur que prius sibi in uo
luta latebant ⁊ non inuenientur nisi furta si.
peccata malorum ⁊ ideo iustissime sic compre
hensi peribunt Psalmista .Comprehendantur
in superbia sua ⁊ de execōe ⁊ meditacio ini
tra consūmacionis ⁊ non erunt .
¶ Alio modo intelligitur q; comprehenden
tur in operibus .quia opera ipsorum .q. uin
cula quedam sunt quibus alligantur ne iudi
cium effugere possint Unde Augustinus octa
uo confess. suspirabam ligatus non ferro alie
no sed mea ferrea uoluntate uelle meum tene
bat inimicus ⁊ uoluit michi cathenam face
rat ⁊ constrinxerat me quippe ex uoluntate
peruersa facta est libido ⁊ dum seruitur libi
dini facta est consuetudo ⁊ dum consuetudi
ni non resistitur facta est necessitas q; ansu
lis sibimet in nexis hec Augustinus ⁊ signant

dicitur hec cathena opus manuum peccatoris
qz ipsemet sibi facit cathenam istam dicit ei
hic Jero. unusquisqz peccator ipse sibi secuz
portat z funes z uincula z tormenta unde su
stinent mala .nam ab alijs non est necesse pre
parare unde torqueantur cum ipsi sibi prepet
que ad penam pertinent propē qō dicit.
Comprehendit te dolor sicut parturientē que
scilicet fiat sibi ipsi causa doloris . quia de eo
dolet de quo prius in conceptu delectabatur

CONFERTANTUR .
peccatores z cetera. hic tan
git ipsam separationem malo
rum a bonis que fiet in futu
rō iudicio z fiet etiam ista se
pacio saltem quantum ad animam statim in
morte peccatoris z signanter dicit psalmista
In infernum z non ad infernum quia ad nō
tat distanciam termini in uero in distanciam
peccator autem ab inferno non multū differat
sicut enim ecclesia dei militans est porta ce
li secundum illud gene.xx. Non est hic aliud
nisi domus dei z porta celi z per consequens
qui sunt uere de ecclesia sunt in porta celi ita
z qui mali sunt in porta inferni Unde eccle .
li. Cita mea appropinquauit erat in inferno
deorsum Unde patet solō illius questionis que
cōmuniter solet queri quantum scilicet distet
a terra usqz ad celum z quantuz a terra usqz
ad infernum z patet qz modicum anima qui
bus etiam in terra existens est in porta celi .
uel porta inferni tantum distans ab utroque
uno passu qui perficitur in instanti uidelicet
in exitu anime a corpore statim enim. uel est
in celo . Si absque uenialibus exit z uel est
in purgatorio si cum uenialibus tantum exit
purgatorium aut .est pars inferni uel est in p
funtio inferni si cum mortalibus decedit .i. re
gum.xx. Uno tantum ut ita dicā gradu ego
mors que diuidimur Et ideo Job xxi. in pun
to ad inferna descendunt .sed quare dicit ps
Conuertantur peccatores z cetera . cum ipsi
uideantur ad infernum conuersi dico qz. sem
per conuersi sunt gressu qz prouer. secundo.
Ad inferos semite illius penetrant sed auersi
sunt aspectu Est enim ymaginandum qz mo
tus eorum est contra naturam animalis est ei
natura animalis ut gressus z aspectus in idem
tendant prouerbio. tercio . Palpebre tue
precedant gressus tuos Ipsi autem semper re
trorsum ambulant z ideo non uident foueam
quam fugiant si enim uiderent z considerarēt
profundum inferni quo properant subsisterent
z non procederent ideo petit Ambrosius in
oracione quadam illud inquit magno ope peto
z diem obitus diem extremi iudicii dampna
cionem eterni supplicii beatitudinem regni fu
turi semper meminerim qz nemo in desinen
ter potest nisi qui ad uitam eternam preordi
natus est hec Ambrosius Sūt ergo mali auersi
ab inferno quia oculos suos statuerunt declina
re in terram propter quod infernum non as
piciunt quo modo festinant sed ueniet tempus
quo erunt in medio z cum in profundis malorū
se senserint tunc secundum ps: Conuertēt in
imici retrorsum

CONFUSIO .NOSTRA
finem z cetera. hic tangit ps.
materiam diuine laudis ex iu
storum finali remuneracione
quam duobus meritis
scilicet sui in pñti uoluntaria dejectione z fu
turi premii patienti exspectacione Quantum
ad primum dicit Quoniam non in finem ob
liuio erit pauperis idest in finali iudicio quan
do fiet retribucio meritorum Et notandū
qz est paupertas triplex scilicet cupiditatis
de qua senec. ad lucillum epist. xxxvii. Non q
parum habet sed qui plus cupit pauper est z
reuera talis nimis ē pauz quia sicut dicit idē
Seneca epist. xx. Desūt in opis multa auaricie
omnia Nam secundum Jeronimum . Auaro
deest tam qō habet quā qō non habet de hac
paupertate dicitur eccle. xlii. Nequissima pau
pertas in ore impii z tu dicis quia diues sum
z locupletatus z nullius ēgeo z nescis qz tu
es miser z miserabilis z pauper Saliter pau
perum non obliuiscitur deus in presenti imo
valde curialiter z habundanter respicit eos
eius tribuendo que optant statim sufficit eni
eos recipere ea que deus statim habet ad ma
num magis hoc uolentes recipere quam illud
qō deus in futurum reseruauit z ideo in finē
obliuioni trādentur tanquā illi qui receperūt
mercedem suam z abierunt z hoc iustum est
exspecto in ps. Si oblitus fuero iherusalez ob
liuioni detur dextera tua . Alia dicitur

paupertas ſimpliciter neceſſitatis puta illoꝝ
qui uellent eſſe diuites ⁊ non poſſunt ⁊ tales
uidenter miſerrimi quia ⁊ in preſenti uident
obliuioni traditi cum nichil recipiant ⁊ etiaꝫ
in futuro cū non ſit aliquid recepturi Quātū
ergo ad preſens iſti a paſcuibus differunt .qa
eccle.xxxi. Laborauit diues in congregacione
ſubſtancie ⁊ in requie ſua replebitur bonoꝝ
ſuoꝝ liberauit pauper ⁊ in fine inops fit ſci
licet in fine laboris preſentis ſed in fine ultiō
conuenient ℣ſ. Simul in unum diues et pau
per ¶ Tertia eſt paupertas uoluntatis ⁊
hoc etiam a uoluntate cōmunicante qꝫ ſcilicꝫ
paupertatem ſuam pacienter ferunt licet eam
priuſquam eueniret non elegerint ſicut dicit
ibo. v. Sufficiebat nobis paupertas noſtra uel
eſt uoluntatis a uoluntate precedente qualis
fuit xpi ⁊ apoſtolorum qui paupertateꝫ ele
gerunt ⁊ utriꝰqꝫ paupertas eſt deo accepta ⁊
iſtoꝝ uidet deus obliuiſci in preſenti qꝫ bona
temporalia non participiunt ſed in finem nō
obliuiſcitur qꝫ finaliter meliora ꝓcipient Be
ati enim pauperes ſpū quoniam ipſorum eſt
regnum celorum Vnde uidetur .q. xpristus
continue facere diſtribucionem pauperibꝫ om
nibus cum dicit ſi uultis expectare debo uo
bis meliora ⁊ prouidebo quaſi ſicut illa que ſū
in manibus habeo conferenda .ſed aliqui cla
mant econuerſo ſuper ipſum dicentes domi
ne ſufficit nobis illud qꝺ in ꝓpꝛtu eſt et illi
ſtatim recipiunt ⁊ in uita preſenti ⁊ uerifica
tur in eis illud prouer. xx. hereditas ad quaꝫ
feſtinatur in principio in nouiſſima benedictō
ne carebit Vnde ē in propoſito ſicut fuit de
duobus pauperibus in preſencia Regis fran
corum ſancti Lodowici cōmedentibus quibꝫ
cum opponerentur primo quedam groſſiora
unus eorum cepit auidiſſime cōmedere Alter
uero ſperans lanciora debere apponi, abſtinu
it Cum uero apponerētur poſtmodum lancio
ra cepit ille qui prius abſtinuerat auide cōme
dere altero iam ſaturato ⁊ flente eo qꝫ cō
medere non poterat Rex uero cum fletus ei
us cauſam didiciſſet ait ſic erit in futuro de
his qui in preſenti temporalibus bonis ſe re
plent ⁊ de his qui ſpe fruendi bonis eternis
nunc a temporalibus abſtinent Luce primo .
Eſurientes implenit bonis ⁊ diuites ⁊ cetera
Vnde Gregorius in paſtorali. Qui in principio
hereditare feſtinant fortem ſibi in nouiſſimo
ſit mediocritis imputant . qꝫ dum preſentis
mundi lucra deſiderant in futuri ſeculi gloria
dampna pacienter que modo ignorant . hec
Grego. ¶ Alioquin uero expectare parati
ſunt ⁊ ſuſtinent pacienter ⁊ ideo differtur eo
rum deſiderium uſqꝫ in futurum ut in eis ꝑ
pleatur illud pſalmiſta Edent pauperes ⁊ ſa
turabuntur ⁊ cetera. ⁊ uiuent corda eorum in
ſeculum ſeculi huius figura habetur Numeri
xxxii. De filiis ruben ⁊ ſad ⁊ dimidia tribu
manaſſe qui extra terram promiſſionis pete
bant ſibi poſſeſſiones dari quia uidebant ter
ram pro alendis pecoribus fertilem ⁊ ideo ꝑ
terra promiſſionis nichil penitus acceperunt
reliqui uero filii iſrahel poſſeſſionem in terra
promiſſionis ſibi dandam expectantes recepe
runt ¶ Secundo merentur iuſti premium. ꝓ
pter ſui pacientem expectacionem que tangi
tur cum dicitur Paciencia pauperum non pe
ribit in finem. Et iſtud poteſt intelligi dupli
citer Uno modo uidelicet ut pacia non pere
at in finem propter ſui finalem remuneracio
nem Vnde grego. ſuper euuangelium illud
cum audieritis ⁊ cetera Quaſi periſſe ꝓpacia
pauperum cernitur cum nichil pro illa i hac
uita humilibus recōpenſatur ſed pacia paupe
rum non peribit in finem quia tunc eius glo
ria ꝓcipitur cum ſimul omnia laboriosa ter
minātur ¶ Alio modo propter ſuam uſqꝫ
in finem duracionem ⁊ utroqꝫ modo eſt dif
ferencia inter pacienciam diuitum qui ſunt
pauperes paupertate cupiditatis ut dictum ē
⁊ pacienciam uere pauperum qui ſunt paupe
res panpertate uoluntatis Habent enim diui
tes illi quandam pacienciam quia multa pa
cienter ſuſtinent aduerſa ⁊ plura quam ue re
pauperes Vnde Seneca. epiſ. xxvii. ¶ Nulla
nuaricia ſiue pena eſt quamuis ſatis ſit ipſa
penalis O quam lacrimarum quantum laboꝝ
exigit quam miſera deſiderat eſſe quam miſe
re partis eſt adite cotidianas ſolicitudines .
que pro modo habendi quemquam diſcucia
Maiore tormento pecunia poſſidetur quam
queritur hec Seneca . Sed quo fine ſuſtinet
hec aduerſa Reuera ſepe alicuius cōmōdi tē
poralis ⁊ ideo finem tranſitorium ⁊ piturum
querit eccle quinto . Qui amat pecuniae fru
ctum non capiet ex eis nec mirum : quia om
ne opus corruptibile in fine deficiet ⁊ qui illō
operatur ibit cum ipſo ut dicitur eccle. xiiii.

Pauperes autem ueri sustinent aduersa propter spem eternam ꝙ per consequens propter finem non futurum Roman. xiiº certo habetis fructum uestrum in sanctificacionem finem uero uitam eternam ꝙ Secundo etiam modo patet dictum quia in finem quia non perseuerant in patiri sed repentine ad impacium ꝙ iracundiam concidantur eccle. xxviii. Secundu sua stanciam suam exaltauit iram suam Quanto enim dicior tanto ad iram promior Sed ueri pauperes usq3 in finem pacienciam seruant. eccle. xxxiiº Patientia sustinens iniuste aget ꝙ fremebit pauper autem lesus tacebit est enim de pacia uera sicut de balsamo puro de quo dicit Albertus xiiº de uegetabilibus qó hoc modo probatur si sit purum quia si gutta eius excipiatur puncto stili ꝙ ponatur in summitate aque ꝙ ibi remaneat Si etiam in medio et ibi remaneat si ite in fundo ꝙ ibi remaneat purum est et non sophisticatum sic est de uera pacientia quia in puncto stili excipitur quando persecutoi pungenti exponitur per aquas tribulaciones ꝙ aduersa uite presentis intelligo p̄ superficie autem positus est qui modica aduersita te tangitur in medio autem qui maiori sed in fundo ꝙ in infimo est qui maxima tribulacione tangitur qui ergo in omnibus stat ꝙ ad impacienciam non mouetur uere pauper est ꝙ potest dicere illud eccle. xxiiii. Quasi balsamum non miscui odor meus ꝙ talium pacia uere perseuerans non perit in finem grego. unoecimo. Nota. Ille uere est paciens qui ꝙ aduersis atteritur ꝙ tamen a spei sue rectitudine non curuatur Jac. primo. Pacientia opus perfectum habet ideo dicit idem capitulo quinto. Pacientes estote fratres mei usq3 aduentum domini ꝙ cetera. ¶ Sufferenciam Job audistis ꝙ finem dñi uidistis

XURGE DOMINE non confortetur homo ꝙ cetera. ps. in parte precedenti egit de occultis filii pertinentibus ad ipsius duplicem aduentum hic agit de occultis pertinētibꝫ ad ipsius secrecionis dispositionis consilium quod exercetur in presenti uita in qua dei occulto consilio peccatores prosperantur ꝙ iusti tribulantur ꝙ peccatores continue crescunt in malicia ꝙ tamen uidetur deus quasi dissimulare etnecligencia uel ignorancia unde primo quia uidetur deus nechigere mala que fiunt excitat deum ad malorum reprehensionem ꝙ iustorum liberacionem. Secundo quia uidetur non aduertere excitat deum ad ipsorum malorū que fiunt consideracionem ibi Exurge domine deus ꝙ exaltetur ꝙ cetera. Excitat autem deus ad reprehensionem malorum hominum p̄ ea que uident deum mouere. ¶ Primo uidelicet per ipsorum malorum superbiam Secundo propter pauperum electorum miseriam ibi ut quid domine ꝙ cetera. ¶ Tercio propter dei iniuriam ibi Quoniam laudatur peccator ꝙ cetera. Primo uero deum excitat ut potenciam superborum reprimat secundo ut eos in sui noticiam deducat ibi Constitue domine ꝙ cetera. ¶ Petit autem psalmista ut potestas superborum reprimatur dupliciter scilicet maiori potencia ꝙ uera iusticia Quantum ad primum dicit Exurge domine non confortetur homo Exurge in quam qui uideris nechigere idest ostende uirtutem ꝙ potenciam tuam contra superbum qui uidetur in hoc confortari contra te ꝙ electos tuos pro libito suo p̄ sequitur ꝙ prosperatur psalmista Apprehende arma ꝙ scutum ꝙ exurge in adiutorium michi uidetur autem ps. optare superbis aduersa q̄ in hoc ꝙ succedit eis. prospere quasi contra deum idest electos dei magis confortantur dicit enim albumazar ꝙ crescente luna crescit humidum in corporibus animalium ꝙ fiūt corpora animalium fortiora Sicut patet i lupis qui crescente luna magis uenacioni insistunt Et similiter idem patet de animalibus uenenosis qui crescente luna magis sunt uenenosa. Sic in proposito Nam Luna qui uicissim mutatur est prosperitas mundialis qua crescente crescere solet humor culpe Unde ea crescente homines lupini ꝙ uenenosi idest uiri pestiferi ꝙ nociui magis confortantur in malicia sua insistentes magis uenacioni idest inique oppressioni pauperum innocentum. que uenacio appellatur eccle. decimotertio. Uenacio leonis onager in heremo sic pascua diuitū sunt pauperes sic confortati sunt de duobus dicit psalmista Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei Iniuste que non rapui tunc exsoluebam Deinde petit psalmista In isto uersu ut reprimantur iusticia dicens ¶ Judicent

ñ ij

gentes in conſpectu tuo ſcelt *in preſencia tua* uel in iudicio tuo ꝛ ſignanter petit hoc pſal miſta quia in conſpectu hominum ꝛ in iudicō humano ſepe contingit ꝙ iudicatur cōtra op preſſos iniuſte ꝛ pro iniqua oppimentibus ex fauore uel timore non ſic autem in conſpectu uel in iudicio diuino ꝛ ideo uocatur pſalmiſta in perſona oppreſſorum appellare diuinum iu dicium ꝛ hoc eſt qō dicit pſalmiſta alibi Iu dica domine nocentes me

ONSTITUE DOmi ne legis latorem ꝛ cetera ꝛ hic petit pſalmiſta ut ſuperbi in ſui noticiam deducantur qō quia tunc fit maxime quā uo bene humiliantur ꝛ affligantur Ideo petit pſalmiſta eorum punicionem ꝛ afflictionem . ut ſic reducantur in ſui cognicionem Eſt aūt iſte legis lator xpiſtus de quo pſal.uicesimo primo .Dominus legifer noſter Tulit autem xpiſtus leges de punicione ſuperborum. quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur petit ergo ꝛ iſte legiſlator ut conſtituatur ſuper eos ut ſcilicet puniat ſecundum legem quam ipſe tu lit uñ alia tranſlacio habet .Pone eis amari tudinem Ceruicio enim dabit intellectum ut ſciant ſe homines qui ſe quaſi deos exiſtimāt Cūi ꝛ narrat ſeneca epiſ. nonagesimo ſexto . De alexandro magno cum in obſidione cui dam urbis grauiter ſagitta uulneratus fuiſſet ꝛ dolore anxio grauaretur ait ſuis militibus omnes iurāt me eſſe Iouis filium ſed uulnꝰ hoc hominem me eſſe clamat ꝛ uere ſi conſi deremus quantum noſtra natura eſſet uulne rata ex primorum parentum peccato uidelicꝫ quam fragiles ſumus corpore ꝛ quam imbecil les animo deberemus nos ita infra limites hu mane nature ꝛ homines nos eſſe ꝛ non deo pares ſciremus Vnde pſalmiſta Sciant gētes quoniam homines ſunt Senec. intragediis . Quem miſerum uideris hominem ſcias .Vin de ꝛ adhuc.nono.Lepit ex graui ſuperbia ꝺ ducus ad agnicionem ſui uenire diuina ad monitus plagꝫ ꝛ cum nec ipſe iam fetorem ſuum ferre poſſet ita ait iuſtum eſt ſubditum eſſe deo ꝛ mortalem non pia uoce ſentire Eſt hic ſciendum ꝙ cum res non cognoſcatur ni ſi per ſuam diffinicionem quid ſit qui ignorat

unam partem diffinicionis rem ipſam diffini te non cognoſcit diffinicio aūt hominis tria continet particulas Eſt enim ſecundum phi loſophum homo animal racionale mortale et ideo ſecundum ignorancias aliquas aliarum trium partium tripliciter erratur quidam ig norant genus hominis ponentes qō ſit animal .et iſti uocantur maxime crimine ꝛ ignorantie cū ig norant id qō eſt homini ꝛ aliis ſui generis cō mune ꝛ tales ſunt ſuperbi qui ignorant ſe eſſe animalia Cum enim animal ſit corpus anima tum Deberent ſcire ꝙ haberent animam alli gatam corpori ꝛ per conſequens ſic repellen ꝙ non liceret eis dicere cum angelo primo ſu perbiente . In celum conſcendam ſimilis ero altiſſimo quia enim ſpiritus qui erat abſolutꝰ a corpore in tantum prompſit electionem ꝙ ut qꝫ ad dei equalitatem temptauit aſcendere dō fecit hominem in quo eſſet ſpiritus corpore al ligatus ut ſic propter corpus a tali retrahere tur conatu ꝛ propter dignitatem ſpiritus nō nimis inclinaretur deorſum ſed ſe teneret qua ſi in medio inter ſupremum ꝛ infimum in quo medio uirtus humilicatis conſiſtit Vnde ꝛ qꝫ primis parentibus data ſunt corpora nimis leuia quia carencia inclinacione ad deorſum peccata ꝛ pene ideo in eis tantum preualuit in clinacio ſpiritus ad ſurſum ut ꝛ ipſi deo ſimi les eſſe uellent ꝛ ideo facta ſunt corpora eoꝝ magis ponderoſa ꝛ qui magis deorſum trahe rent Nam corpus qō corrumpitur aggrauat animam Sicut dicitur Sapiē.ix. Qui igitur ſuperbiunt hanc alligacionem anime cum cor pore corruptibili non ſentiunt Vnde uidentꝫ ignorare ꝙ ſunt animalia ideo deus ſic ſuper bientes ſupra homines ꝛ condicionem huma nam quamoꝫ trahit infra condicionem hui mam Sicut ꝛ Daniel.quarto Legitur de Na bugꝺ. qui propter ſuam ſuperbiam cōmuta tus eſt in beſtiam ut ſibi uidebatur ubi gloſa quia de magnitudine operis ſui timuit ultra homines factus eſt infra homines Et grego . trecesimoquarto .xxxi.Moralium ; In irracio nabile animal diſtrictus iuſtꝰ hunc iudicat ab humana ſocietate ſepauit ut diſtricto iudicō hominem peruerteret Qui magnum ſe ultra ho mines eſtimaſſet pſalmiſta homo cum in ho nore eſſet nō intellexit ꝛ cetera .Quidam ui dentur ſe ignorare ſe eſſe racionales quia ua cant totaliter carni . et illi parti quime que

nobis ⁊ pecoribus est ⁊ munis que nō racione que nos distinguit a pecoribus ⁊ tales sūt uo luptuosi ⁊ luxuriosi unde Macrobius . in so mnio habetur quisq; uoluptatibus occupatus est nec mirum q̄ sicut dicit Tullius libro de senectute impedit consilium uoluptas racionis lumen mentis oculos perstringit nec habet ul lum cum uirtute commercium .i. thimo .vi. O homo dei hec fuge ¶ Quidam uero cre dunt se non esse mortales sicut cupidi ⁊ auari quia sicut dicit Beatus Jeronimus in pro logo biblie Facile contemnit omnia qui se sē per cogitat esse moriturum cum ergo isti nichil uelint contemnere nec aliis relinquere uidetur ꝙ ipsi non cogitent se in breui morituros ⁊ qō tunc secundum psalmistā . Relinquent alienis diuicias suas ⁊ sepulcra eorum dom⁹ illorum in eternum Immo ꝙ maius ē mirabile nec sibi ipsis concedit uix necessaria corpori quibus ⁊ uita sustendatur .sed uidentur ymaginari ac si sine cibi adminiculo possit uita conseruari .q.iam essent immortales . Eccle.sexto . Est et aliud malum quod uidi sub sole ⁊ quidem frequens apud homines . uir cui deus dedit diuicias ⁊ substanciam et cetera .Deus tribuit ei potestatem ut comedat et eō Unde Seneca de naturalibus questionibus in prin. dicit sic Auaricia quicquid omnibus abstulit sibi ipsi negat ⁊ tamen mortalis est Sapiencie Septimo . Sum quidem et ego mortalis homo .qui nouit has tres differencias scit se esse hominem ps.trecesimo primo .Egyptus homo et non deus.

¶ Sciendum est autem quod ab isto uersu usq; in finem totum exponitur de antexpristo Nota in glosa ⁊ cetera .

¶ QUARE DOMINE recessisti ⁊ cetera . hic dominum excitat ad reprimendum malorum superbiam ex innocentum miseria que in duobus consistit uidelicet in auxilii subtractione ⁊ in sui graui afflictione secundum nota ibi . Dum superbit impius subtractione auxilii arguit psalmista in persona afflictorum .quibus quando non statim succurritur iuxta uotum

ꝙ deus eos deserit . ⁊ ꝙ eorum mala quis pendit Unde quantum ad primum dicit Et quid domine recessisti longe Quantum uero ad secundum dicit . Despicis in oportunitatibus Quantum ad primo uero sciendum ꝙ ipse dicitur a nobis elongari quanto nos ab eo longe recedimus ⁊ ꝙ ista elongacio est ex parte nostra non sua est enim de nobis sicut de eo qui in uani mouetur accipit enim se paulatiue a portu magis ac magis distare cum tamen ipse quiescat et ideo uidetur sibi ꝙ litus moueatur ⁊ se elonget cum tamen quiescat ⁊ uentus nauē per undas a litore impellat Sic in proposito Nam quando deus puit benē percipimus nos alitore diuine misericordie quodam modo elongatos ⁊ eo magis quo diucius permittit nos flagellari . ⁊ quia in peccato nostro quiescimus nec ab ipso mouemur ad penitenciam Ideo uidetur nobis ꝙ ista elongacio fiat per hoc ꝙ deus mouetur et recedit cum tamen ipse sit immobilis sed uentus iuest suggestio diabolica nos impellit per undas uoluptatum ⁊ malorum uesteriorum elongat nos ab eo psalmista Qui elongat se a te peribunt omnes qui fornicantur abste . Despicis in oportunitatibus ⁊ cetera . Istud potest dupliciter legi uno modo ut legatur interrogatiue uidetur enim afflicto ꝙ ipse deus despicit eum in oportunitatibus iuest quādo oporteret ipsum habere auxilium scilicet in tribulacione . ¶ Alio modo potest legi depressiue ⁊ est responsio ad questionem precedentem .q.d. Tu longe recedis idest differs liberacionem in oportunitatibus iuest quādiu oportunum et salubre est ipsi tribulato . ¶ Est enim tribulacio oportuna ipsi tribulato propter duo primo quia animam purgat ⁊ clarificat Unde Crisostmus omelia tercia imperfecti Omnis aduersitas que nos sine nostra occasione tribulat in hoc mundo baptismum ignis est quam si magnanimiter sustinueris nichil murmurans contra deum iputatur tibi illa carnalis afflictio pro peccato qō cōmisisti Si autem non peccasti quod est difficile ⁊ ille ignis temptacionis circa animam tuam non uenit sordes peccatorum quos cōmedat ipsa animam tuam facit splendidiorem ⁊ quanto grauior fuerit temptacio tanto magis clarescere facit animam hec Crisostmus ⁊ signāter dicit Si magnanimiter sustinueris quia sine

paciencia consumit ignis iste ⁊ non clarificat Est enim ve uirtute paciencie sicut ve lapide in signi nomine amatites ve quo dicit ps̄m̄o . libro vecimo septo ethiō. capitulo quarto . ℣ si ex ipso uestis fuerit contacta igni resistit ⁊ igni inposita non ardet sed splendore accepto nitescit . ¶ Per uestem autem intelligo iusticiam psalmista Sacerdotes tuj̄ induantur iusticiam .hic autem uidetur ·contingi ab isto lapide in signi quando cum iusticia habetur fortis paciencia hec autem non permittit hanc uestem in aliquo ab igne tribulacionis ledi quia paciencia opus perfectum habz sed pocius iusticia facit amplius inter aduersa nitere Ecclesiast·uicesimoseptimo . Ejasa figuli probant fornax ⁊ homines iustos temptacio tribulacionis .i.coz.iiii. Tribulacionē patimur ⁊ sustinemus Romañ·octauo .
Quis nos separabit a caritate xpisti tribulacō an angusticia ⁊ cetera; Certus sum enim ℣ neqz mors neqz uita poterit nos ⁊ cetera ?
¶ Secundo tribulacio animam deo humiliat Grego.dum aduersitate humilitas proficit prospera est aduersitas que ab elacione custodit multi enim sunt ita seruilis condicionis ℣ nolunt flecti nisi per flagella est enim de eis sicut ve illis seruis ve quibus dicitur i cronicis ℣ serui scitarum cum dominis ipsorum per octo annos a terra sua abfuissent . ⁊ haberent totā terram in sua custodia dominos suos uolentes terram suam intrare prohibuerūt penitentes contra dominos suos armati ⁊ in isto frequenti bello cum uaria fuisset uictoria ⁊ ferro non possent seruos suos ad subiectionem ducere mutauerunt genus pugne uirgas assumentes ⁊ flagella ⁊ cetera metus seruilis instrumēta quod cum fecissent a deo illos terruerunt ut quos ferro iuest gladiis ⁊ lanciis superare non poterant metu flagellorum uincerent Racio fuit ℣ ictus flagellorum post quam gladiorum ex parti fuerant Sic in proposito Nam multi qui sunt seruilis condicionis deum ad regnum suum redire non permittunt ℣ quidem regnum est cor humanum . ℣ quos deus primo pugnat gladio.i. cōtacōe pene eterne de quo psalmista . Nisi conuersi fueritis gladium suum uibrabit Sed isto genere pugnandi deus non potest eos uincere . ut se sibi subiciant Sed mutato genere· pugnandi in flagella ⁊ tormenta seruilia iuest pe

nas temporales uincuntur . Racio est quia sunt ex parti pene eternales sed temporales Et ideo plus timent penam temporalem. quam penam eternam Et ideo temporalis flagellacio subicit afflictos deo ⁊ humiliat Job. vecimo quinto . Uenerit eos tribulacio et angustia ⁊ cetera .

Qui SUPERBIT impius ⁊ cetera. Hic tangit . secundum quod ad miseriam electorum pertinet .uidelicet grauem ipsorum molestacionem ⁊ tangit psalmista duo .uidelicet electorum afflictionem ⁊ affligencium punicionem Quantum ad primum dicit . Dum superbit impius incenditur pauper scilicet igne persecutionis ⁊ grauis tribulacionis quo tamē pauper purgatur quia secundum Gregori.Mora bio.xx.Dum iniusti seuiunt iusti purgantur ⁊ utilitati innocencium militat ipsa uita prauorum sed mali qui habent ignem incendunt cōprehendunt:ur in propriis consiliis quia secundum glosam male cogitaciones sunt eis quasi uincula ⁊ hoc pertinet ad ipsorum penam ut ideo conprehendentur in propriis consiliis . Quia secundum Grego.Mora. octauo.ille purgatur qui opprimitur in isto qui opprimit reatus augetur ⁊ cetera .
¶ Quantum ad primum uero sciendum ℣ dum pauper iuest electus incenditur igne tribulacionis crescit eciam in ipso ignis diuine dilectionis quia secundum Beatum Gregorium .Mala que nos hic premunt ad deum nos ire compellunt Est enim ymaginandum de dyabolo sicut ve fabro secundum illud ysa. quinquagesimoquarto . ¶ Ego creaui fabrum . cuius folles sunt diuites impii carbones sunt persecuciones ⁊ tribulaciones psalmista . Cadent super eos carbones in miseriis non subsistent . pauper uero est sicut metallum purgandum ⁊ probandum Sicut ergo faber mediantibus follibus incendit carbones qui metallum ignium Sic dyabolus mediantibus diuitibus inflammat ⁊ excitat persecuciones contra pauperes ex quibus sequitur eorum intencio in amore dei ⁊ sicut folles implentur spū quando sursum eleuantur ⁊ quando depriműt

tunc flatum incentivum emittunt sic impii superbia inflantur quando eriguntur ⁊ quando eorum voluntati resistitur statim persecuciones movent. ¶ Et est sciendum ꝙ ignis accenditur dupliciter Uno modo per flatum Unde philosophus libro de problumatibus Ignem ventus resuscitat ⁊ cuentatus ignis ex modico multus fit et sic superbi ignem accendunt Nam ipsi spiritu superbie inflati sūt ⁊ flatum magnum faciunt quia proverbiorum undecimo. Ubi fuerit superbia ibi erit et contumalia ⁊ ex hoc sustinentur ignis iste persecucionis ⁊ ex consequenti divine dilectionis ii. Mare. ix. Super hec autem superbia replet⁹ ignem spirans animo in iudeos ⁊ cetera. ¶ Alio modo incenditur ignis iste per motū Nam et motus calefacit superborum autem est inquitare ⁊ movere volentes quiete vivere Unde .ii. Math. xii. Demophon superbus et nichanor Ciprarches non sinebant eos in silencio agere et quiete ⁊ ideo suo motu id est inquietacione alios incendunt ⁊ sic est ex parte divitum causa duplex quare incendunt Similiter ⁊ incenduntur pauperes propter duo videlicet quia sunt sicciores quam divites. Nam divites habundant duplici humore scilicet iniquitatis de quo ps. Horrentes iniquitatis conturbauerunt ⁊ affluencie temporales de quo Naum tercio. Cuius divicie mare et ideo si divites deberent clare ardere oportet ꝙ primo virtute ignis persecucionis utriq3 humor affluaret. ¶ Sicut videmus in lignis humidis igni applicatis que postmodū flammescunt sed pauper cum sit continue in camino illo de quo ps. Eruerus quadragesimo octauo. Et in camino paupertatis elegi te effi citur multum siccus ps. quadragesimoprimo. Egeni ⁊ pauperes querent aquas ⁊ non sunt lingua ipsorum siti aruit Item quia pauper ē in se tenuior .i. Regum xviii. ¶ Ego sum vir pauper ⁊ tenuis ⁊ causa est quia propter multum laborem ⁊ victum exilem que duo solent attenuare Ecclesiast. trecesimo primo.

¶ Laborauit pauper in divine victus divites autem sunt grossiores et pat. decimo.

¶ Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei Non mirum ergo et si pauperes faciliter incendantur et flamma dilectionis vehemencius augeantur Gene. Undecimo.

¶ Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee ⁊ cetera.

VOLUNTAD LAUDA

tur peccator ⁊ cetera: hic exercitat psalmista. deum ad reprimendum malorum superbiam ex iniuria sibi illata. et tangit iniuriam quam superbi deo inferunt a primo in generali Secundo in speciali ibi. Non est deus in conspectu eius Et primo p̄ dicte illacionis magnum incentivum. Secundo ipsius effectum ost ensivum ibi Exacerbauit dominum ⁊ cetera. ¶ Quantum ad primum tangit malum adulacionis que non modicum est incentivum ad peccandum ⁊ deum exasperandum immo et quandoq3 ira dei est in causa quare deus adulatores permittit ut voce ⁊ seducat Unde dicit hic glosa hec est magna ira dei ut desit correctio et assit adulacio adulācium lingue alligant animas in peccatis delectant enim facere ea in quibus non solum non invenitur reprehensor Sed etiam laudator audit ur hec glosa. Unde Laus humana laudato nocet multipliciter. Primo enim virtutem eius debilitat Unde Gregorius Uicesimo sexto. Super illud Job Morie tur in tempestate. humana laus robur mentis emollit eam que in sui delectacione prosternit Philosophus decimo octauo de animalibus dicit ꝙ cū uētus fuerit meridionalis placidus est quia temperatus ⁊ significat linguā blandam placidam que suo flatu videlicet loquela fetum qui esset futurus masculinus. videlicet opus quod quis fortiter eliceret efficitur femininum videlicet debile uel simpliciter nullius virtutis quia propositum boni operis quod ichoatum extitit bono fine superveniens laus humana ipsum inani gloria permiscet et tunc efficitur ptus debilis femineus uel forsan totaliter in appetitu inanis glorie transformatur ⁊ tunc ptus efficitur monstruosus. Sicut Narrat philosophus decimo octauo de animalibus ꝙ quandocunq3 generatur vitulus habens capud hominis et accidit hoc quandoq3 ex parentibus occasionatos a corpore videlicet pacientibus defectum naturalem Sic et opus extrinsecum bonum quandoq3 racionabiliter inchoatur quia bona intencio. Sed postquam irracionabiliter consumatur propter defectum

in parentibus scilicet intellectu et voluntate in quibus est defectus notabilis quando pua intencione corrumpuntur et opus quod ordinari deberet ad laudem diuinam ordinatur ab ipsis ad ostentacionem uanam et mutant substancium suam qua scilicet deberent in domino gloriari in similitudine uituli cõmedentis fenum .Fenum in quem illud de quo .i. pe.i° ¶ Omnis gloria eius quasi flos feni Ideo ecclesiast. Undecimo . Non laudes uirum in spẽ sua ? ¶ Secundo ipsum execrat Augustinus Blandior omnis uirtutis inimicus ei cum quo sermonem confert qui claudum i oculo figit. Nulla enim uidetur maior cecitas quam ut se ipsum homo qualis sit et opera propria non agnoscat ? Sed hoc facit suauitas laudis humane .Et ideo uidetur esse de sermone adulatoris sicut melle uenenato De quo dicit Auicenna secundo canti. q̃ est quoddam mel naturaliter uenenatum q̃ si homo cõmedat aufert racionem subito et affert sudorem frigidum et odor eius facit sitire :Sic et blanda locucio adulantis aufert usum racionis qua se ipsum deberet homo agnoscere Causat eciam sudorem frigidum. quia que prius latebant in corde frigescente extra prodeunt per iactanciam in sermone . Odor eciam eius sitim causat . quia q flatum habent pestiferum sibi intrinsecus attrahit ; in extinguibilem sitim inanis glorie incurrit Ideo dicit ueraciter Seneca. Libro. proue habet suum uenenum blanda oracio et hoc ẽ qđ idẽ dicit li. tragedie uenenum inquit auro bibitur et ouidius li. sine titulo : Impia sub dulci melle uenena latent :i. Lo. pri. Laudo uos in hoc non laudo ? ¶ Tercio nocet . quia finaliter necat .Unde Jeronimus in isto loco ait ab adulatoribus non a iustis laudat peccator Et quando peccator peccatorem laudat alius alium dum se inuicem laudant se occidunt Ideo dicitur ecclesiast. Undecimo . ¶ Ante mortem non laudes hominem quanto magis nec in morte scilicet peccati . cum melior sit canis uiuus leone mortuo Ecclesiast. nono ?

Uersus ffv.

minum ? cetera .

Hoc tangit psalmista predicti uulti iracundi effectum offensum et tangit duo scilicet diuinum offensum et sequentem penam ¶ Quantum ad primum dicit Exacerbauit dominum ? cetera . idest in iracundiam prouocauit psalmista quociens exacerbauit cum murmurio in eum conculcauerunt eum . Et in hoc est peccatum peior bestiis secundum Crisostomum qui super illud Matth . ¶ Uestri capilli capitis omnes numerati sunt Dicit sic Uere prior est homo peccator quam animal et si non glorificat non exacerbat : Homo autem malus non solum non glorificat . sed ad hoc exacerbat Uel pro tanto dicuntur deum exacerbare . Quia non proferunt deo nisi fructus acerbos Cum enim homines sicut quasi arbores que deo fructificare debent Secundum illud Marc : octauo . ¶ Uideo homines quasi arbores Quidam eorum qui stant semper in umbra priuati lumine solis iusticie Secundum illud Sapien. quinto :

¶ Errauimꝰ a uia uirtutis et iusticie lumen non luxit nobis et sol intelligencie non est ortus nobis Ideo semper producunt fructus indigestos et acerbos idest opera offensiua . iõ Sapien. quarto : ¶ Fructus eorum inutilis et acerbi ad manducandum Secundum multitudinem ire sue non queret Hoc tangitur consequens pẽa. ¶ Sciendum tamen q̃ istud dupliciter exponitur Uno modo de malorum pena ut dictum est .Et est sensus quod deus exacerbatus propter multitudinem ire sue non queret eos Saluare per flagella quibus filios suos requiret Unde dicit hic glosa Deus multum est iratus dum per fraudes et scelera ad diuicias et honores Peruenire sinit magna enim ira dei est quando peccantem non corripit Sed uagam licenciam in peccatum ruendi permittit hec glosa Ideo uidet talis quasi a celesti medico desperatus qui ei concedit ut uidetur licenciam faciendi quod uolunt ps̃. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum . Et Reuera grauis morbus de cuius curacione celestis medicus desperat , qui uenit querere et saluum facere quod perierat . Luce. decimo nono . ¶ Et hoc enim sequitur q̃ magis sunt incurabiles peiores

quam si persisterent et reuerti sic est quia licet mali Quia licet mali sibi reputent ad profectum quod non puniuntur. Unde dicit Cassiodo super illo psalmista. Predictum immediate putant peccatores genus esse beneficii si sibi sua uoluptates permittatur explere tamen secundum rei ueritatem oppositum uerum est ¶ Dicit enim proclus libro de prouidencia sic. Qui enim putantur profectum habent. Non puniri autem circumferunt sui ipsorum mansuetudinem insanabilem. Non enim corpori secari solum aut uri malum est Sed langwere ustione et sectione indigens et uere maxima punicio est in malo manere impunitum Quemadmodum si quis a saluatore asclepio qui scilicet gentiles fuit deus medicine. Despiceretur corpore languens ultime et despectus et concludit proclus ut igit summatim dicatur non mox puniri. Punicio est in compabilis hec iste. ¶ Et ideo dicit Gregorius. Omelia. Duodecimo. super ezechielem. Necesse est ut peccantes quosque tunc consideremus amplius miseros quando conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos patet ergo quod talis valde dolere habet. Quia dicere potest illud psalmista. ¶ Periit fuga a me et non qui requirat.

cio sub priuacione iusticie Peccator enim et
obligatur ad penam eternam et eciam p pec
catum sic ligatur q̄ non potest uirtute pro
pria redire ad statum gracie qō innuitur cum
dicitur. ¶ Pluit super peccatores laqueos
Quod autem dicitur pluet concordat cuz eo
qō supra dicitur dominus de celo quia enim
est i celo idest de celo descendent isti laquei si
cut pluuia Secundum est qō consequitur pec
catum in presenti inordinatus feruor concu
piscencie ⁊ quantum ad hoc dicitur ignis.
Tercium est fetor infamie qō notatur in sul
phure sunt enim infames non solum coram
hominibus sed eciam coram deo ⁊ angelis.
Quartum est remorsus ⁊ turbacio conscien
cie qō notatur in spiritu procellarum idest tu
multuosa mens iste autem pene dicuntur per
tinere ad calicem quia secundum mensuram
culpe infligitur mensura pene psa. decimo sep
timo. In mensura contra mensuram cuz ab
iecta fuerit iudicabit eam. ¶ Pene autem
uite presentis non sunt nisi pars istius calicis
quia in calice continente penam conmensura
tum culpe non solum est pena temperalis ſz
eciam eterna ⁊ ista pena in reprobis non uide
tur esse nisi quedam inchoacio pene eterne.
Unde grego. libro quinto aMoral. Pena presē
tis seculi que peccatores ⁊ iniustos a prauis
desideriis non immutat nequaquam eos ab

eternis ſimpliciis liberat toto eos dolores nō
iam totum calicem ſed partem calicis dixit.
quia uidelicet eorum pars hic quidem per do
lores incipitur ſed in ulcione perpetua conſū
mat hec grego. Unde de iſta parte dicitur.
Job xxiiii. Maledicta ſit pars eius in terra a
¶ Alio modo poteſt exponi de penis reſpon
dentibus peccato in futuro Et ſciendum q̄
ſic exponendo in uerſu iſto primo multiplex
pena exprimitur ꝛ ſecundo quedam pena ſin
gularis inuitur cum dicitur pars calicis.
¶ Exprimitur autem pena dupliciter primo
enim exprimitur pena qua peccator affligitur
intrinſece 2° extrinſece cū dicitur ſp̄s procellaꝝ
punitur autem intrinſece ꝛ quantum ad uirtu
tem motiuam quia pluet ſuper eū uenus laque
os quibus illa queatus nec ſe mouere poſſit
declinando a malo nec proſequendo bonum
nec quo ad effectum quia ligatus manibus ꝛ
pedibus mittetur in tenebras exteriores p̄ſal
p̄r. viii. ¶ Et uadant retrorſum ꝛ conteran
tur ꝛ illaqueantur Punitur autem ꝛ quantum
ad uirtutem ſenſitiuam. qđ patet in igne et
ſulphure quorum primum eſt pena tactus ſe
cundum olfactus uel utrumq; ad ſenſum tactus
ꝛ olfactus pertinet q̄ ignis ſulphureus utrū
q; ſenſum offendit ꝛ ſignanter erit ille ignis
ſulphuris qui reprobos cruciabit. Dicit enim
Ariſtotil' libro de lapidibus qđ ignis ſulphu
ris ad ſe ferrum ꝛ lapides trahit modica uero
eius operacio eſt in lignis ꝛ alia re ſubtili. ſic
eſt de pena ignis inferni qđ induratos in ma
licia ad ſe rapiet ꝛ affliget in uiris autem ſpi
ritualibus modicam habet accionem quia uel
in preſenti iuſtis horrorem ꝛ timorem ſcutit
uel poſt uitam iſtam iuſtos purgat Apoca.
decimoquarto. ¶ Si quis adorauerit ymā
ginem beſtie ꝛ cetera. cruciabitur igne et
ſulphure. ¶ Alio tamen modo poteſt diſ
tingui inter ignem ꝛ ſulphurem ut uidelicet
ignis pertineat ad ſenſus afflictionē ſulphur
uero ad nature deformacionem Dicit p̄ſido.
xvi. ethiō. c. i. q̄ ſulphur arroſcens ſi eius
flamma ad faciem hominis reflectatur faciet
in ea dirum pallorem quaſi hominis mortui.
Sic peccatum per prauam concupiſcenciam
quaſi per flammam quandam fetidam ꝛ ſul
phuream faciem ideſt mentem ſeu animam
peccōris ſficiet ꝛ inficit ita qđ dirū pallorē qua
ſi hominis mortui ꝛ uere mortui inducat et
totam naturam deformet Job xxiii.
¶ Aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur ꝛ
ſpiritus procellarum hic tangitur pena extrin
ſeca que erit ex malignorum conſorcio dicit
enim ſpiritus procellarum ſpiritus malignus
qui ſemper eſt tempeſtuoſus cui ſemper iūgen
tur in pena ſecundum illud Math: xxv.
¶ Diſcedite a me maledicti in ignē eternum
qui preparatus dyabolo ꝛ angelis eius uel p
ſpiritus procellarum intelligitur uehementis
timoris cōcuſſio qua turbabuntur timore hor
ribili uel ipſa mentis perhennis inquietacio
que hic inchoatur ꝛ in futuro continuatur in
telligitur per ſpiritum procellarum dicitur ei
procella ſecundum p̄ſidorum ethiō. xiii. apo
cellantes ideſt percucientes eſt enim uis uenti
cum pluuia conſtat autem q̄ in futuro erit
pluuia ideſt habundancia lacrimarum quia ibi
erit fletus ꝛ ſtridor dencium uis autem uenti
erit preterite uanitatis recordacio adducens
ymbrem illum ideo ſcribitur Jero. 3°
¶ Ecce procella ruens in capite impiorum
conquieſcet Pars calicis eorum hic p̄ſalmiſta
quandam penam ſingularem damnatorum
innuit. Si enim ea que predicta ſunt eſſent to
talis pena non dicerentur pars Omnis autem
pars habet partem a ſe condiuiſam ꝛ ideo
ſequitur q̄ alia pars penarum ad huc reſtat
qđ uerum eſt ſcilicet carencia uiſionis diuine
ꝛ ſepacio a deo ꝛ conſortio beatorum que q̄
ſi eſt pena omnium maxima ideo eam tanq̄
ineffabilem p̄ſ. Non exprimit ſed ſolum innu
it de qua dicit Criſoſtomus omelia xxiii. in ipse
fecto Intollerabilis eſt gehenna ꝛ pena illa
uerum ſi decies mille annis ponet gehennam
nichil dicet quale eſt bā gloria excidere odio
haberi a xp̄iſto audire q̄m non noui uos me
lius eſſet ſuſtinere decem milia fulmina quam
faciem illarum manſuetam uidere auerſam a
nobis ꝛ oculum tranquillum non ferentem
uidere nos hec Criſoſtomus. Iſta uero p ars
hic tacita eſt penarum maxima de qua parte
dicitur Job xx. hec eſt pars impii a deo ꝛ he
reditas uerborum eius a domino.

Uerſus. viii.

CONFITEOR IUSTUS dominus ⁊ cetera . hic tangi tur dampnacionis impiorum causa ⁊ est diuina iusticia . que nullum peccatum dimittit inultum sed ut punitur in presenti ⁊ delet tur per penitenciam ut punietur in futuro p penam condignam Unde grego. Moraliu.

¶ Nequaquam deus delicta hominum sine ultione reserit aut enim ipse homo hic in se penitens punit autem hoc deus sine homine uindicans percutit hec grego. Et anselt. li .i. cur deus hō dicit sic tene certissiē ꝙ sñ satisfactōe. i. sñ debiti solitione spontanea nec de us potest peccatum impunitum dimittere nec peccator ad beatitudinem nec ad talem qua lem habebat statum antequam peccaret per uenire .ii. Mare. vii. ¶ Judicio dei iuſ tas superbie tue penas exsolues. Aliter tamen secundum glosam per iusticias in proposito in telliguntur iusti ⁊ ponitur abstractum pro cō creto .q.d. ℔: Quoniam iustus dominus .ī iustos diligit ⁊ istud est rationabile dicit phi losophus nono ethiōꝝ ꝙ siti ad sitē est ami cicia ⁊ boecius septimo musice amicicia est similitudo ⁊ dissimilitudo odiosa atqꝫ cōtra ria ⁊ ibidem dicit sic . ¶ Neqꝫ enim fieri potest ut mollia duris dura mollibus ānec tantur aut gaudeant sed amorem delecta cio nem qꝫ siltitudo dissimilat ⁊ per consequens iusti ad iniustum ut boni ad malum non est amicicia nec mirum dicit enim Tullius libro de amicicia est enim uerus amicus tanquam item equum est enim ipsum uirum primo bo num esse ⁊ se ipsum per se diligere . deinde ut ñ sitem sui querere cuius anū ira cū suo misceat ut pene efficiatur unum eduobus hec Tullius quomodo autem bonus et malus iu stus ⁊ iniustus efficiatur quasi unum non est cogitabile nisi quis uelit incurrere maledictō nem propbē psa. quinto Ue qui dicunt malum bonum ⁊ bonum malum Cum ergo deus iu tus sit non poterit esse amicus nisi iustorum dicit Paladius libro primo de pauone ꝙ ma sculus oua ⁊ pullos suos persequitur uelut alienigenas priusquam illis cristarum nascat in signe sic ⁊ xpristus eos quos creauit ⁊ per aquas baptismi regenerauit donec eos crista tos uiderit. ¶ Est crista quasi ornamentū capitis naturale ⁊ sibi superpositum signifi cans iusticiam ⁊ innocenciam menti superadditam tanquam eius ornamentum ideo petit psalmista Judica me domine secundum iusti ciam meam ⁊ secundum innocenciam meam super me .q.d. Cide super me idest super co pud meum iusticiam ⁊ innocenciam tanquam cristam superpositam ⁊ et hoc iudicabis me unum de tuis ⁊c.

¶ In finem ps. Dauid pro octaua . Nota exposicionem huius Tituli super ps. Sextum

ALUCIAN ME FAL tomine ⁊ cetera . ps. hunc psalmum scribit pro octa ua idest pro resurrectione ⁊ iudicio que in octaua fi ent sicut ⁊ ps. sextus scrip sit Sed illū scribit ex iudicii timore ne in iu dicia condempnetur istum uero scribit ex iu dicii desiderio et amore optans eius accelera cionem ut saluetur amant enim iusti illud iu dicium et metuunt quia sicut dicit Ambro . super .i. ps. non expedit uobis ad iudiciuꝫ ue nire et non expedit non uenire Ne autem p dampnati uideamur aut in hac labe uicioruꝫ subeamus tanti pondus iudicii uel sextum ps scripsit pro octaua considerans iudicii saueri tatem istum uero scripsit considerans eius p pinquitatem et diuiditur in duo Primo pro ponit suam oracionem Secundo exaudicionē ibi propter miseriam ⁊ cetera . ¶ Petit au tem primo quo ad se ipsum diuinum auxiliū Secundo quo ad malos predicit ipsorum ex terminium ibi Disperdat dominus orans au tem deum pro auxilio tangit duplicem causā carenciam boni ⁊ habundanciam mali ibi ua na locuti sunt ⁊ cetera : Tangit autem carē ciam duplicis boni scilicet pertinentis ad af fectum ¶ Quoniam deficit sanctus ⁊ perti nentis ad aspectum Quoniam diminute sunt ue ritates timore ergo primi clamat dicens . Saluum me fac ⁊ cetera : Quoniam defecit sanctus uidetur enim timere . ruinam in finem iustam enim causam huius timoris habꝫ quicunqꝫ in hoc mundo uiuit Nam sancti ut alias supra tactum fuit super illo uersu .

¶ Tu solus laborem et dolorem cōsideras

ñc· sancti subportant orbem igitur si sanctus
ueficit orbis ruit igitur ⁊ habitatores eius.
Mich·septimo. ¶ Periit sanctus de ter
ra ⁊ rectus in hominibus non est ⁊ cetera Cui
siracio tua uenit nunc erit uastitas eorum.
¶ Secunda carencia boni scilicet pertinent ad aspectum tangitur in diminucõne veritatis pertinet enim veritas ad intellectum. et ideo clamat timens caliginem ingruentem. qõ uero dicuntur veritates diminui a filiis hominum dupliciter potest intelligi Cino modo ut li a dicat causam efficientem ⁊ est intellectus ꝙ filii hominum ipsas veritates diminuerunt. ¶ Alio modo potest dicere causam recipientem et est sensus ꝙ in filiis hominum sunt veritates diminute ⁊ utrũqꝫ uerum est. Dicit autem psalmista veritates pluraliter propter triplicem veritatem quarũ prima est veritas uite Ut ob.primo. Ciam veritatis non reseruit. secõa est veritas doctrinẽ Ero.xxviii. ¶ Pones in racionali doctrinã ⁊ veritatem. Tercia est veritas iusticie ero. decimo octauo. ¶ Cie enim plebe uiros potentes ⁊ timentes deum in quibus sit veritas ⁊ constitue ex eis ⁊ cetera Qui iudicent populum. ¶ Prima autem veritas scilicet uite Jam quasi diminuta est in omnibus. quia sicut dicit psa.quinquagesimo nono· facta ẽ veritas in obliuione. ¶ Secunda uero scꝫ doctrine diminuta est in discipulis ⁊ doctoribus qui ii. Ebi.iiii.predicitur qõ modo impletur Erit enim tempus cum sanam doctrinaꝫ non sustinebunt sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros ⁊ cetera. ⁊ a veritate quidem auditum auertent ad fabulas autem conuertentur Sed ⁊ alio modo in eis diminuta est. quia licet multa sciant pauca tamen faciunt sic non est magna adequacio rei ad intellectum que dicitur esse veritas grego. super ezechielem omel·decimo. de hiis ut qõ eorũ intellectus ad spũalia emicat ⁊ tamen uita infectis carnalibus remanens intellectui non concordat ⁊ ibidem omel·undecimo Ut seruet veritas predicandi necesse est altitudo uiuendi. ¶ Decio uero veritas scilicet iusticie diminuta est in iudicibus ⁊ rectoribꝫ xi.mar. vii· Non est in eis veritas ⁊ iudicium trãsgreditur enim sunt constitutum ⁊ iusiurandum ꝙ iurauerunt ⁊ psa.quinquagesimo nono.
¶ Justicia longe stetit quia corruit in platea veritas ⁊ equitas non potuit ingredi patet ergo ꝙ singule veritates sunt diminute cum igitur veritas sit lumen nos illuminans Joh. primo. ¶ Erat lux vera que illuminat uenire possumus ꝙ finis diei iuxta est consumacõ huius mundi iam instat sic enim arguit Crisostomus omel·xxviii.in imperfecto unde inquit putas quia tanta iusticie iam recessit de mundo ⁊ sol radios gracie suarum in se colligens revocauit ⁊ totam terram nigredo iniquitatum quasi uox fusca cooperuit nisi quia iam ⁊ ipsa hora duodecima iuxta est ultima finitur ubiqꝫ tenebras uides ⁊ dubitas diem transisse prius enim in fallibus fit obscuritas die ad occasum declinante cum ergo montes uideris obscuri qũs dubitat quia uox est Sic primum in laycis secularibus xpistianis incipit prevalere obscuritas peccatorum nunc autem uides quia sacerdotes positi in summo uertice spiritualium dignitatum qui montes ⁊ colles dicuntur ipsos apprehendit iniquitas·tenebrosa quomodo dubitatur quia finis est mundi hec Crisostomus Joco ose·quarto· ¶ Non est veritas ⁊ non est misericordia ⁊ non est scientia dei in terra Sed maledictum. mendaciuꝫ ⁊ cetera ·Inundauerunt propter hoc. lugebit terra. et infirmabitur omnis qui habitat in ea ⁊ cetera.

Uersus secundus.

ANA LOCUTI Sunt ⁊ cetera .hic tangitur secunda causa oracionis que est habundancia mali ⁊ tanguntur in isto uersu duo mala scilicet uanitas ⁊ dolositas Quantum ad primũ dicit Uana locuti sunt unusqꝫ ad proximum suum Proximos autem secundum Cassiodorum significat non tam cognacione generis quam scelris pricipacione sociatus Dicuntur autem in proposito uana uerba que sunt falsa Unde Cassiodorus uana inquit idest falsa Signat psalmista Ut quid diligitis uanitatẽ ⁊ queritis mendacium. Uel dicuntur uana uerba superflua ⁊ inutilia grego·Sermo uanus uane mentis iuxta testis est ⁊ merito. Quia loquela tua manifestum te facit Dicit Cassiodorus super illum uersus Et si egrediebatur

fores loquebatur ⁊ cetera . ¶ Si uis iquit scire de fratri tuo quale cor habeat attende unde libenter loquatur ⁊ talis est in corde q̃ q̃ habundacia cordis os loquitur ⁊ quãuis hoc sit graue in quolibet quia de uerbo ocioso reddemus racionem in die iudicii ⁊ quia secundum grego. ad Nona. quinto Dum otiosa uerba cauere negligimus ad noxia peruenim⁹ ⁊ Bernhardus in sermone de triplici custodia Nemo urñ fratres parum estimet tempus q̃ in uerbis consumitur otiosis ; Si quidem tempus acceptabile est ⁊ dies salutis uerbuz uolet irrevocabile uolat tempus irremediabi le net aduertit insipiens quid amittat tamen hoc est bene grauius in religioso uel sacerdo te dicit enim phũs .xvii. de aialibus q̃ ouanenti fiunt in aliquibz autbz p se ⁊ hoc ñ erit i aubus boni uolatus ⁊ qui dẽrent esse melioris uolatus quam religiosi ⁊ presbiteri quoruz conuersacio tota debet esse celestis ouanenti nunquam faciunt pullum ⁊ ideo significat uerba infructuosa ⁊ uana ⁊ dicuntur ouanẽti quia non ab alio patre quam a uento generantur sic ⁊ ista mere ex suggestõe dyabolica licet ergo alii inueniantur talia ouanaproducere tamen religiosi ⁊ sacerdotes hoc debent summe cauere Unde Bernhardus libro secũdo ad eugenium inter seculares nuge sunt in ore sacerdotum blasphemie consecrati os tuum euangelio talibus iam aperire illicituz assuescere sacrilegium est hec Bernhardus . Unde quod totum diem expendat in uanis colloquiis grande peccatum est psalmista .

¶ Quorum os locutum est uanitatez ⁊ cetera eor dextra iniquitatis In corde ⁊ corde locuti sũt .i. duplici corde ecce dolositas Dicit enim cassiodorus q̃ quociens uolumus dolos exprimere duplicia eorum corda declaramus ⁊ est hoc nimis contra naturam . Nam q̃ animal habeat duo capita uel duo pectora sepe est uisum sed q̃ habeat duo corda uix legitur nec memini me legisse nisi de pdicibz de quibus dicit phũs libro undecimo . q̃ in quadam insula scz in paflagonia habent duo corda ⁊ bene eis potest cõpetere quia . perdix dicitur a perdendo ⁊ in p̃s. de talibus dicit Perdes oẽs qui loquũtur mendaciũ ⁊ eccle. xxii. Ue duplici corde ⁊ labiis celestis

JSPERDAT DOMInus uniuersa ⁊ cetera ; hic predicit psalmista maloꝝ exterminium ⁊ primo p̃ dicit eorum penam Secundo aggrauat eorum culpam ibi Qui dixerunt et cetera . Et potest iste uersus exponi uno modo ut sit prohibã ⁊ est intellectus disperdat .i. bis perdet quia secundum pap̃. dis. in greco idem qđ bis in latino ⁊ ideo ipsi disperdentur idest bis perdentur scz in anima ⁊ corpore letro. serto . Induc super eos diem afflictionis ⁊ duplici contricione contere eos ⁊ p̃s. ¶ In malicia eorum disperde eos disperde illo. domine deus noster . ¶ Alio modo potest exponi ut sit ipsius p̃s. oracio ⁊ sic disperde re est idem qđ diuidere uel seperare Unde ecclesiasticus Disperdat coadunacionem dicitur petit autem psalmista malorum ab inuicem separationem quia ipsorum unicio ⁊ coadunacio non est nisi mali augmentacio Malum enim malo additum ipsum malum auget : dum tamen sit malum eiusdem generis sicut malum culpe Unde Gregorius Trecesimo tercio . Moralium Sicut noxium esse solet si unitas desit bonis ita perniciosum est si assit malis peruersos quippe unitas corroborat dum concordat ⁊ tanto incorrigibiles quanto magis unanimes facit de hoc Naum propha sicut spine se inuicem complectuntur sic conuiuium eorum pariter potancium conuiuium . namqz reproborum est temperalium delectacio uoluptatum in quo nimirum conuiuio pariter potant quia sue delectacionis illecebris se concorditer inebriant hec gregorius Ualde igitur expedit mat id qđ psalmista hic eis p̃catur propter quod dicit alibi In misericordia tua dispertes inimicos meos .

¶ Et est sciendum q̃ Lingua magniloqua dicitur lingua se multum extollent .i. Regũ. xii . ¶ Nolite multiplicare, loqui sublimia gloriantes ⁊ si dicatur q̃ quamuis lingua eorum sit magniloqua tamen eorum uita est bona et iõ non est male iudicandum . dicit gregorius .i. parte super ezechielem omet̃ it. Si rectitudo senciendi humilitatem loquẽdi perdiderit radicem sensus in ramo linguevicianit quia nisi cor intumesceret lingua minime superbiret hec grego. et philosophus decimo octauo de animalibus si mulier tempore

ptus potest retinere suum anelitum erit ptē leuis ꝙ facilis sinaunt ecouerso ergo anima quamuis esset inpregnata a spiritu sancto un quam tamen peret opus uiuum nisi cum ma gna difficultate ꝙ hoc si anelitum suum ioest spiritum cohibere non posset qua'es sunt isti ostentores qui nichil faciunt nisi propter iac tanciam Jac.primo : ¶ Si quis putet se religiosum esse non refrenans linguam suam huius uana est religio

Cersus .iiii.

CUJ DIXERUNT Lin uam nostram ꝙ cetera .

Ihic aggrauat eorum culpā tam expositam scilicet ipso rum iactanciam Secundo subiungit culpam aliam scilicet superbiam . Quantum ad primum ait Qui dixerunt lin guam nostram magnificabimus labia nostra a nobis sunt hoc enim dicentes uidentur si bi uendicare labiorum omnimodam libertatē ut lingua ꝙ labia non uideantur alicuius su perioris legibus al'igata secundum tamen rei ueritatem nichil est in homine qđ ita ad'ge at arceri legibus sicut lingua ꝙ labia . Dicit enim bernhardus in sermone de triplici cus todia quis sane miret quantas modicum lin gue membrum contrahat sordes quam mul tiplex in labiis ꝙ circumcisis in mundicia co aguletur sic grauis pernicies oris in circum specti est in lingua dissoluta in sermonibꝫ oci osis est lingua impudica est ꝙ magniloqua . quarum prior lasciue sequens arrogancie fa mulatur est eciam lingua dolosa ꝙ ire maledi ca quarum altera in falsiloquam ꝙ adulatoriā subdiuiditur Altera uero nunc in facie con tumelias irrogat nunc uetur hic in occulto . hec bernhardus Ideo dicit psalmista :Probi be linguam tuam a malo ꝙ labia tua ne loq̄n tur dolum ꝙ puerbi.quinto :Disciplinam la bia tua seruent Secundū uero tangitur cuꝫ dicitur Quis noster dominus est ꝙ tangit istō diuites pocius quam pauperes Nam paupe res experiuntur multos se habere dominos Dixit bufo . erati maledicti tori domina ri .Nam secundum pl̄. Dominati sunt eoꝝ qui oerunt eos Sed diuites sunt qui nullum

Ps 11

dominum recognoscunt ꝙ ideo dicit quis no ster dominus est cum tamen saltem unum do minum recognoscere deberent qui est rex re gum ꝙ dominus dominancium . ¶ Narra tur de quodam qui in tantam incidit amēci am qđ credidit se non habere caput sed ego uidi quendam qui firmiter asseruit se non ha bere cor nec cetera interiora Medicus autē subtiliter agens circa ipsum imposuit capiti suo capellum plumbeum ꝙ sic ptim ex onere qđ portabat ꝙ ptim ex repercussione sangui nis ꝙ caloris qui ad caput ascenderat reduc tus est in sui noticiam ut sciret se habere ca put sic seruiet deus istis qui ignorant se ha bere caput ioest dominum. Nam quia ex uisu hoc non possunt percipere ipsi alitꝫ hꝰ sencient uidelicet ex ponere eterne pene eis infligende eorum superbiam que semper ascen dit deprimendo ꝙ repercusciendo qđ quidam pondus plumbum dicitur ecclesiast. Diceslō secundo .Super plumbum quid generabitur grauitas huius plumbi faciet diuitem ad se redire ꝙ cognoscere se caput ioest diuinuꝫ habere ii.Marc.ix. Hunc cepit ex graui su perbia deductus ad agnicionem sui uenire di uina admonitus plaga ꝙ cetera. ꝙ cum nec ipse ferorem suum ferre posset ita ait iustum est subditum esse deo ꝙ mortalem non pia deo sentire Ideo sapienter orauit salomon . puerbi.xxx. ¶ Diuicias ne dederis michi ꝙ cetera .Ne forte saciatus illiciam ad negā dum ꝙ dicam quis est dominus .

Cersus .v.

ROPTER MISERI am inopum ꝙ gemitum pau perum ꝙ cetera . hic tangit psalmista sui exaudicionem Petiuit enim pl̄. salutacionēꝫ Saluare enim cōpetit saluatori ioest, ihesu . qui a saluando nomen accipit Math:primo: Ipse enim saluum faciet populum ꝙ cetera: Hangit autem psalmista duo primo quidem saluatoris aduentum . Secundo saluacionis effectum ibi Ponam in salutari ꝙ cetera . et tangit psalmista duo in isto uersu circa saluatoris aduentum scilicet ipsius causam . puta nostram indigenciam ꝙ temporis cōgru

enciam quantum ad primum dicit propter miseriam inopum ⁊ gemitum pauperum. miseria refertur ad culpam quia ꝓuerbi: dictō quarto Miseros facit peccā ꝓpulus .gemitus uero ad penam inopes uero dicebant̄ homines qui destituebantur exterius auxilio Dicitur autem inops quasi sine ope Pauperes uero quia carebant interius uirtutum solacio Dicitur ei⁹ pauper q⁹ parū habet in pera sic et homines parum boni habentes in conscienciā . psalmista Ego uero egenus ⁊ pauper sum.

¶ Et sciendum, q⁹ gemitus dicitur quasi geminatus luctus Et ideo signantur post miseriam addit p̄s . gemitum quia duplex erat nostri miseria cui gemitus luctus correspondit prima miseria fuit seruitus grauissima

¶ Secunda fuit mens certissima ⁊ ideo nūc exurgam dicit dominus propter primam uero miseriam scilicet seruitutis uenit ꝓpistus ut eam tolleret precium redempcionis, exsoluendo quamuis enim multi ante ꝓpistum iusti essent tamen non erant uere liberi donec ille precium mortis solueret qui dixit si .filius uos liberauerit uere liberi eritis ⁊ huic concordat lex humana que dicit liber captus ab hostibus ⁊ commercio redemptus tunc demū cum precium soluerit uel ei qualicūq⁹ remittatur iudicio statum prestinum recipit Nam ante fere per omnia quam seruus est cū igit̄ homo primo liber fuerit ⁊ postmodum i peccato suo captus fuerit ab hostibus non poterat uere liber esse . Immo seruire cogebatur donec precium redempcionis per ꝓpistum solutum esset qō nullus alius preter ipsum soluere poterat psalmista Que non rapui ,tunc exsoluebam Ideo Judic.decimo . Dixerunt filii ysrahel ad dominum peccauimus ⁊ cetera Qui doluit super miseriam eorum .

¶ Quantum ad secundam liberauit nos ꝑ mortem ⁊ sanguinem nos uite reddendo ambro.super p̄s:xxxvi.ꝓpisti mors uita est ipsius uulnus uita est ipsius sanguis uita est ipsius sepultura uita est ipsius resurrectio ſuita ē uniuersorum .i.Regum.ii.Dominus mortificat ⁊ uiuificat deducit ad inferos et reducit Ideo p̄s: Eduxit me de lacu miserie .

Versus .vi.

Ps vi

Z 5

SALVUM FAC IN SALUtari ⁊ cetera .hic tāgit psalmista saluacionis effectum ⁊ primo quantum ad liberacionem a malis intrinsecis .Secundo quantum ad protectionem ab hostibus extrinsecis ibi ·Tu domine seruabis nos et cetera .Quantum ad primum tangit primo promissionis magnitudinem :secundo eius certitudinem ibi eloquia·domini ⁊ cetera .

¶ Sciendum est autem q⁹ uersus iste pōt dupliciter intelligi quantum ad sui principiū uno modo sic Ponam in salutari idest in hoīe ihesu qui saluator interpretatur suple auxiliū unde et translacio alia Jero.habet sic Ponaz in salutari auxilium eorum et fiducialiter agā in eo idest in ihesu salutem hominis fuit en ī natura assumpta tocius diuinitatis instrumentum in quo operata est salutem in medio terre fuit autem illud auxilium qō positum fuit in ihesu nostre infirmitatis remedium unde et ponam idest apponam exponitur quamuis enim ipse infirmitate culpe proprie non laboraret sed erat in toto humano genere unicū membrum sanum tamē sibi applicata uel apposita est medicina ·omnium infirmitatum curatiua et racio fuit q⁹ sicut Auicēna dicit . 3ª.can.in paraliticis appositio medicine sup membrum paraliticum non auffert iuuamentum de quo sit curandum Jgitur oportet q⁹ opponatur ad membrum sanum .sed infirmitas humana erat paralisis sicut patet ex effectu quia sicud paraliticus non habet plenum diuinum et potestatem membrorum sed frequenter eo inuito mouentur sic et in ,nobis caro concupiscit aduersus spiritum ita ut nō quecūq⁹ uolumus illa non faciamus Seneca. in prouer:Egros scimus neruos esse ubi iuniꝑ nobis mouentur et grego.Morabi.Precessiō quarto : ¶ Quis meror que anxietas cordis quando hinc spiritus uocat hinc caro reuocant hinc amor noue conuersacionis inuitat hinc usus ueruste peruersitatis inpugnat hinc ad spiritualem patriā desiderio flagrat et hinc in se ipso carnalem concupiscenciam tollerat que eum aliquo modo inuito delectat hec gregorius patet ergo ex signis ⁊ effectu q⁹ morbus noster paralisis est idem patet ex causa quia sicud dicunt medici ex nimia cibi replecione nata est prouenire propter quod

Autem dicit q̃ in cura huius infirmitat faciendum est ut ille qui infirmitatem patie famem uel sitim longam senciat sic est ꝛ de infirmitate humani generis prouenit enim ex nimia cibi replecione idest inordinata sumpt tione cibi uetiti psalmista ¶ Adhuc esee eorum erant in ore ipsorum ꝛ ira dei ascẽdit ꝛ cetera . Oportuit igitur ut in curacione hu ius infirmitatis apponeretur medicina ad membrum sanum qđ erat ihesus qđ factum est Nam ꝛ ipse sustinuit famem ꝛ sitim lon gum qr xl. diebus ꝛ noctibus ipse eciam alia recepit in se quibus curaretur morbus iste ꝫ Luce secundo. ¶ Ecce positus est hic in rui nam ꝛ in resurrectionem multorum Ruit enĩ ipse in mortem ut multi resurgerent amortu is . ¶ Alio modo potest exponi sic Ponẽ in salutari idest in ihesu suple miseriam inо pum ꝛ gemitum pauperum Nam in eo posu it deus ꝛ culpas nostras ꝛ penes ysa. quinqua gesimo tercio vo⁹ posuit in eo iniquitatem omnium nostrum ꝛ ad quid reuera ut eam asp taret ꝛ proiceret Nam ipse deponet omnes iniquitates nostras ꝛ proiciet omnia peccata nostra .ꝛ in hoc fecit deus filium suum seruі re nobis ꝛ non de seruicio qualicũqꝫ sed abie ctissimo ꝛ humilimo non enim solum ipse do minus ꝛ magister lauit pedes nostros sed qđ abiectus fuit assumpsit super se immundicias sordium nostrarum secundum illud ysa. qui quagesimo tercio . Vere languores nostros ipse tulit ꝛ dolores ipse portauit propter qđ ipse dominus ait ysa. quadragesimo tercio. Seruire me fecisti in peccatis tuis ꝛ est ma gnum mirabile q⁹ ex quo sponte ꝛ libenter taliter nobis seruiuit ꝛ onus tam detestabile ꝛ graue pacienter. pro nobis tulit q⁹ nos sibi cum murmire seruire uolumus ꝛ onus suum leue ferre contempnimus quasi suũ esset ser uire ꝛ nostrum dñare Jero: secundo. A secu lo confregisti iugum meum dixisti non seruі am Ideo non mirum ꝛ si onus predictus ab humeris suis excuciat ꝛ eis ferendum imponat secundum illud ezechielis viii Jnponam tibi omnia scelera tua ꝛ non pcet oculos meus neqꝫ miserebor sed uias tuas imponaꝫ tibi ut eciam premittitur uias tuas inponã super te ꝛ abhoiaciones tue in medio tui erunt

eloquia casta ꝛ ceteꝛa .

hic tangit psalmista predicte promissionis certitudinem . quia enim dicta promissio fu eta ẽ ꝙ diuina eloquia que nulla facultate pꝛ mixta sunt Ideo describit diuina eloquia ut eis firmiter inhereamus ꝛ quicquid in eis p missum est tanquam certissimum teneamus ꝛ potest uersus exponi tripliciter : Cino modo ut condiciones diuinorum eloquiorum ipsis cõpetant quantum ad ea que significando exprі munt . Alio modo quantum ad ea que causã do in auditoribus efficiunt Tercio quantum ad ea que in doctoribus requirunt ꝛ exigunt Primo modo exponendo dicuntur iste eloqa casta que non sunt adulterina falsitate uicia ta ꝛ sic describũtur infallibiliter dicuntur eciã argentum igne examinatum idest a spiritu sã cto qui est ignis inspiratus ꝛ sic cõmendant ab aucte irrefragabili sunt eciam argentum pꝛ batum terre idest a terra Ponitur enim geni tiuus pro ablatiuo more grecorum quia ꝛ ista translacio fuit de greco in latinum greci uero ablatiuo carent ¶ Alia uero translacio ubi nos habemus probatum terre sit separatum a terra et sic commendantur quantum ad spiri tualium et non temporalium promissionem di cuntur eciam ārgentum purgatum septuplũ propter mandatorum et consiliorum sinceris simam perfectionem . Septenarius enim nu merus uniuersalitatem et perfectionem inpor tat ꝫ ¶ Secundo modo exponendo dicunt Eloquia domini casta quia suos auditores ca stos efficiunt Jeronimus ad Justinum ema sciendam scripturarum et carnis uicia non amabis dicuntur argentum igne examinatus quia tales suos auditores reddit quia fortitu dinem in igne persecucionis tribuit reddit eciam eos probatos ꝛ a terra seperatus pꝛ temporalium abdicacionem et purgatos sep tuplum per spiritualium dilectionem

¶ Tercio modo exponendo sic dicuntur elo quia casta quia castos exigunt sui doctores. Noꝛ. septimo. Qui ad huc carnalitatibus incubat necesse est ut instruere spiritualiter pꝛ timorum mentes erubescat Dicit enim Pala dius libro primo q⁹ greci iubent oliuã cum plantatur et colligitur a mundis pueris ꝛ uir ginibus illud fieri ut creditur attribuunt hoc

arbori preſulē caſtitatē Per oliuā intelligo ſa
cram ſcripturam eccleſiaſt. Cliceſimo quarto.
Quaſi oliua ſpecioſa in campis dicit ſapien
cia Nam eius fructus xpūstus ē q preſſus in
cruce oleum gracie toti eccleſie prebuit iſta
plantata fuit a ſpiritu ſancto et prophetis qui
mundi erant et caſti et eodem modo colligi
debet id eſt intelligi et doceri a mundis quia
ſicut dicit Jac. c. iii. Deſurſum eſt ſapiencia
primum quidem pudica eſt deinde autez pacifica modeſta et ideo propter pulchritudinem
ſue mundicie dici poteſt de doctore ipſius il
lud gen. quadrageſimo nono. Nepenlim ager
irriguus et dans eloquia pulcritudinis Dicun
tur eciam argentum igne examinatum. quia
non ſolum debent illi qui docent et predicant
eſſe caſti quantum ad mundiciam ſed eciam
examinati igne tribulacionis quantum ad pa
cienciam Unde grego. Homa. 30. Neceſſe eſt
ut hii qui uenturam ultam predicant preſen
cium tranſionibus tribulacionum creſcant ut
pro tanto debent igne examinari. quia igne
caritatis debent accendi ut non ſolum ſint
uerbis proflui ſed caritate feruidi gregorius.
omelia primo. ſuper ezechielem hii. qui i amo
re domini in predicacione diſcurrunt rota ei
us i ignis arcetus ſunt quia cum ex eius deſi
derio per uaria loca diſcurrunt Unde ipſi ar
dent eciam alios ſuccendunt Item debent eſ
ſe probati terre i ſeparati a terra. quia ſicut
dicit gregorius ſuper ezechielem i omelia Un
decimo: alluens illi qđ habetur ezechiel: qui
drageſimo primo. Terra uſq; ad feneſtras i
feneſtre clauſe Cum terrena cogitacio in ſa
cerdotum cordibus excreſcit feneſtre lumen
non fundunt quia ſacerdotes ab officio predi
cacionis obmuteſcunt Item debent eſſe pur
gati ſeptuplum quia non ſufficit eis habere
uite mundiciam qualis eſt in aliis Sed requi
ritur in ipſis perfectio ſingularis Homa. Un
decimo ſecundo. ¶ Quanto intellectus ma
gis eius extenditur tanto ad explenda opera
eſpius ligatur Igitur niſi in doctoribus elo
quiorum dei ſint condiciones predicte dici
poteſt eis illud Job ſexto. ¶ Ad increpan
dum tñ eloquia continuatis et in uentum
uerba proferetis.

ꝑſ ii

¶ DOMINE SERUA
bis nos i cetera.
Hic oſtendit pſalmiſta quōd
deus ſalubit nos ab hoſtib3
extrinſecis i primo quantum
ad hoc oſtendit dei erga bonos diligenciam
Secundo tangit ip'orum a malis differenci
am ibi Jncircuitu impii ambulant i cetera
¶ Quantum ad primum ſciendum q̄ per
generacionem hanc poteſt intelligi multitu
do malorum ſuperius in hoc ꝑſ. deſcriptorū
de qua dici poteſt illud Deutromenius Tre
ceſimo ſecundo. ¶ Generacio prava et
exaſperans a qua deus ſeruat electos in pre
ſenti ne per eos alliciantur in culpa et cuſto
diet in futuro ne cum ipſis deſcendant in pe
nam uel per generacionē hñt quā demonſtrat
quaſi pñtem intelligitur multitudo malignor
ſpūum que nobis ad nrm exercicium ſemp eſt
pñs de qua ꝓuer. xx. generacio cuius excelſi
ſunt oculi a q̄ dicitur nos ſeruare i cuſtodi
re que licet eadē ſint tñ ad ſignificandū uehe
mentē i diligentē circa nos curā ne pdamur
dicitur nos cuſtodire i ſeruare dicit phūs. i.
pcono. q̄ pconomus. i: diſpenſator dom̄ tal
debet eſſe qui i poſſit res acgrere i adq̄ſitas
cuſtodire, ſine cuſtodia ei nō ꝓficit eas adqui
rere ſic i ꝓpoſito nā yconomus celeſtis pat fa
milias. i. diſpenſator dom̄ eſt xp̄s in pſ. Cōſti
tuit eū dominū dom̄ ſue i principē oīs poſſeſſio
nis ſue ille uero nos huic pat familias adquiſi
uit i cū magnis tediis act. xx. Attendite uo
bis in uniuerſo gregi in quo nos ſpūs ſanct⁹
poſuit epōs regere eccām dei quā adquiſiuit
ſanguine ſuo i .i:pe.i. Uos eſtis genus electū
ꝛc. populus adquiſicōis frustra h⁹ feciſſz niſi
i diligenciā hret in uos ſeruando i cuſtodien
do i poſſet dicere illud ꝓſa. xlix. Sñ cā i uane
fortitudine meā conſūpſi i hoc conuenit dine
ſapie iō ꝑſ. Cuſtodit dūs oīa oſſa eoꝝ unū ex
hiis non cōteretur i Job. xvii. Quos dediſti
michi cuſtodiui i neō ex eis pūt niſi filius p
dicionis.

ET RELIQUA Impii
ambulant ꝛc. hic oñdit ma
lorū a bonis dram prio tāgit
cōdicōnes reproboꝝ i poſtea
electoꝝ ānt̄ ad primū ſciendum q̄ prima pſ
uerſus de reprobis expoitur dupliciter uno mō

quantum ad id qō facient in futuro ꝛ sic ex
ponit Jeronimus dicens cum transtulerit nos
de presenti seculo in futurum tunc impii fo
ras ambulabunt ꝛ non poterunt intrare cum
sanctis in circuitu ambulabunt quia ineternū
uitam non peruenient Unde uidetur Jeroni
mus ymaginari de eis sicud de his qui querūt
introitum in domum ꝛ circuiunt ad queren
dum ex omni parte nec inueniunt ꝛ merito ꝛ
non potuerunt intrare uel introitum non in
uenient primo quia superbia inflati sunt Et
porta celi augusta iuxta illud Luce . decimo
quarto . ¶ Contendite intrare per angustā
portam Jdeo dicit saluator Math: decimo
octauo . ¶ Nisi conuersi fueritis ꝛ effici
amini sicut pueri non intrabitis in regnum
celorum . ¶ Secunda causa est : quia ceci
sunt excecauit enim eos malicia eorum sāp .
quarto :ꝛ ideo tam modicam ꝛ angustaz por
tam uidere non possunt Dicit Albertus ter
cio Metheorum q̄ diu contra fulgura aspi
cienti facies intumescit ꝛ forsitan excecatur
Sicut ꝛ isti diu aspexerunt contra fulgura et
coruscaciones idest contra diuinas cōminacio
nes de quibus psalmista . ¶ Illuxerunt
coruscaciones tue orbi terre cōmota est ꝛ cō
tremuit terre Nam contra eas diu respiciūt
qui diu peccando eas contempnunt Jdeo non
mirum ꝛ si mens eorum superbia sit inflata ē
per maliciam excecata ut merito nec ualeāt
intrare nec introitum inuenire Greno. quar
to :Errauerunt ceci in plateis ꝛ gene. decimo
nono .Eas qui erant foris percusserunt cecita
te ꝛ cetera .ꝛ ita ut hostium inuenire non po
ssent huic ergo expositioni cōcordat Alia trā
slacio que sic dicit in circuitu impi ambulant
cum exaltati fuerint uilissimi filii eorum :Isti
filiū fuerunt apostuli piscatores qui in futuro
exaltabuntur quando cum domino iudicabunt
Luce primo .Deposuit potentes de sede et
exaltauit humiles : ¶ Secundo modo ex
ponitur de impiis quantuz ad tempus presēs
¶ Nam tota uita eorum uidetur quidam
circuitus Primo propter magnam instanciā
Nam figura circuli est instabilissima cum sit
ad motum aptissima sic ꝛ impii instabiles et
sepissime mutant sua consilia ꝛ licet aliquod
bonum propositum acceperint non tamen p
sistunt in eo sed multa incoant quasi semper
sint in principio sicut enim ꝛ in circulo quod
licet punctum est principium ꝛ finis sic isti
statim in ipso principio faciunt finem senec.
ad Lucillum epis. quadragesimonono. inter
cetera mala hoc quoq; habet stulticia propri
um semper incipit uiuere ꝛ epis. lxx . Consi
derandum est qō uelimus ꝛ in eo perseueran
dum ꝛ cetera .Dali uiuunt qui semper uiue
re incipiunt quia semper illis uita imperfecta
est Et addit cito post quidam tunc incipiūt
cum desinendum est Si hic iudicas minus ad
iciam qō magis admireris quidam autem ui
uere desierunt quam inciperent hec Seneca.
Unde uidetur qō est de eis qui sic circuierūt
sic de pueris qui rotant se ꝛ circueūdo se tur
bant capud suum qō nec bene uidere nec sta
re possunt ita isti se uertunt ad tot q̄ mens
eorum ex hoc turbata uidere non potest ubi
cadat ꝛ tamen nescie eis cadendum est psalmi
sta . ¶ Capud circuitus eorum ꝛ cetera.
Cadent super eos ꝛ cetera .Et in miseriis nō
subsistent Secundo cōparatur uita eorum circu
itui propter eorum cum mundo firmam adhe
renciam qui enim rotam tangit ꝛ non adhe
ret non uoluitur cum rota sed qui rote infigi
tur necessario cum rota circumducitur sic qui
rote fortune infigitur per confidenciā ꝛ amo
rē necio cui ea uolantur alii uero nō uñ senec.
epis. cxx. Non ita ut putamus fortuna longas
manus neinem occupat nisi hostem sibi ppe
qō de istis signanter dicitur .i. Re. xxv. Ala i
imicoz tuoz rotabit q̄si in impetu ꝛ circulo fū
de ꝛ signanter dicitur circulo funde :nā qui
funda utitur circūducit eā in circuitu capitis
sui una cū lapide sibi imposito in ea quiescēte
ꝛ subito de funda lapidis erūpēs i longinquū
picitur.sic isti qui per amorē in mundo qui
escit licz uideantur eis q̄ nō mouentur tñ i
rei ueritate circūducuntur donec subito de fū
da ista erūpant per mortē ꝛ picantur i tene
bras exteriores ꝛ in ignē eternū ꝑ sinistram abit
in circuitu inimicos eis 3° dicitur uita eorum
circuitus ppter eoz curuacōez ꝛ a recto distā
cia aboc. iii. Incuruati sūt colles mūdi ꝛ psa:
lix. Seruite eoz in timore sūt qō p3 diligenci
us intuenti nam ubi inchoauerunt iter pūctis
uite ibi inueniuntur in fine ut appareat pūō
quo ad culpam quia in culpa nati sunt uz ori
ginali ꝛ cum diu ambulauerint in culpa finiūt
iter suum eccle. xli. Ue uobis uiri impii qui
derelinquistis legem dñi altissimi et si uoti

fueritis in maledictione nascemini ⁊ si mor tui fueritis in maledictione erit pars uestra . ut dicebat epicurus nemo aliter quam quo modo natus est exit euita Sed dicit seneca . falsum est quia peiores morimur quam nasci mur . ¶ Secundo patet idem de pena naz a fletu ⁊ dolore inchoauimus uiuere Sapien. septimo Primam uocem similē omnibus emi si plorans Et qui male uiuūt in fletu ⁊ dolo re terminabūt quia extrema gaudii luctus oc cupant puerbi decimo quarto . Ideo dicitur Eccle. quinto . ¶ Miserabilis prorsus infir mitas quomodo uenit sic reuertetur Ideo ui detur de istis sicut de illis qui ambulant to ta die in tempore nubiloso uel tota nocte et in fine se in loco a quo inceperunt iter inue niunt ⁊ dicūt tunc q̄ larua idest dyabolus duxit eos ⁊ isti possunt dicere idem q̄ habēt ducem illum de quo dicitur :i.pe.v. Aduersa rius uiuetur dyabolus tanquam ⁊ cetera. cir cuit querens ⁊ cetera . ¶ Secundum alti tudinem tuam ⁊ cetera . hic tangitur condi cio electorum Et sciendum q̄ ly secundum in proposito significat causam finalem ut sit sensus Secundum altitudinem tuam idest p pter altitudinem tuam scilicet participandaz uel contemplandam Multiplicasti filios ho minum idest fecisti multitudinem filiorum hominum ⁊ licet per filios hominum quando qz intelligantur reprobi iuxta illud psalmista ¶ Filii hominum usquequo graui corde :Di citur enim homo ab humo secundum corpus Filius autem dicitur quia fit ut ille ⁊ ideo sic dicuntur filii hominum .quia conformant se humo idest terrenis Quandoqz tn̄ uero per fili os hominum intelliguntur iusti ⁊ hoc . quia homo secundum animam est racionalis ⁊ ad ymaginem dei ⁊ ideo filii hominum dicuntur qui conformant se recte racioni ⁊ diuine yma gini psalmista Filii autem hominuz integmie alarum tuarum sperabunt . ¶ Sciendum uero q̄ alia translacio habet ubi tactum est Incircuitu impii ambulant .cum exaltati fu erint filissimi filii eorum ⁊ potest exponi totū in malum quia multi qui primo propter pau pertatem ⁊ inopiam uidebantur recte incede re mox ut ad fortunam meliorem peruenerīt quia exaltati sunt uilissimi ⁊ abiectissimi filii eorum statim omissa priori rectitudine currūt cum mundo in circuitu unde grego. mora. ii.

¶ Solet per girum circuitus laboris anxie tas designari unde per ps. dicitur In circuitu impii ambulant q̄ dum interiora non appe tunt in exteriore labore fatigantur hec grego ri. ezechiel. xxxix. Circuibunt pagrātes terrā

In finem ps. do. Bn̄ dicit iste tractatus ps . q̄ in ea docet ps. sui exemplo alios psallere Si cut patet in fine huius ps . qui talis est psallam nomini tuo altissime

Usquequo dom̄z ne obliuiscēris ⁊ cetera. iste ps. cōpositus est in persona humani generis suspirantis. ⁊ desiderantis xpisti aduen tum ⁊ diuiditur in duas partes q̄ primo po nitur ipsorum afflictio expati dilacione . Se cundo tangitur exultacio exsperati certa pmi ssione ibi ¶ Exultauit cor meum ⁊ cetera. Et primo ponitur ipsius desolacio Secundo subiungitur ipsius ad dn̄ supplicacio ibi Re spice ⁊ exaudi me ⁊ cetera . Describitur au autem desolacionis magnituto ex tribus Pri mo ex desiderio absencia Secundo exturbata intrinsecus conscientia ibi . ¶ Quousqz diu ponam . Tercio ex grauis oppressionis uiolencia ibi Usquequo exaltabitur : Quan tum ad primum sciendum q̄ uersus primus exponi potest uno modo in persona generis humani seu alicuius patris antiqui desideran tis filii dei incarnacionem qui se dicit obliuio ni traditum a deo propter incarnacionis dila cionem psa quadragesimo nono .Dixit syon de reliquit me dominus ⁊ deus oblitus est mei. ¶ Et ē sciendum q̄ inter ly obliuiscaris me ⁊ ly in finem cadit distinctio ut sit dup ex in terrogacio prima talis . Usquequo domine obliuiscaris me . ¶ Secunda talis in finez idest nunquid finaliter hoc erit nec hoc dici tur ex desperacione Sed ex uehementi desi derata acceleracione . ⁊ ex eadem causa di cit : ¶ Usquequo auertis faciem tuam a me . Est enim faciei auersio ipsius incarna cionis dilacio . Psalmista . ¶ Auertisti faciem tuam a me .⁊ factus sum turba tus et signanter per faciē intelligit humanitatē

assumptio sicut enim dicit philosophus libro de animalibus non est rectum ut uocetur facies in aliquo animalium nisi in homine hec autem facies auersa fuit donec nobis appareret cuius tamen conuersionem ualde anxie ꝓ̄ desiderabant precipue in limbo dentenți quia bonis summe erat amabilis utpote illius de quo dicit in ꝑs. Speciosus forma prefiliis hominum nec mirum quia sicut dicit Augusti⁹ octauo de trinit. bona facies est dimensa pariliter affecta hillariter ⁊ colorata lutulenter Sic ⁊ natura humana a xpisto assumpta fuit dimensa pariliter uelut proporcionaliter ⁊ correspondenter quia singule eius partes scilicet tam corpus quam anima ⁊ eorum uirtutes sibi inuicem debite correspondebant nō sicut in nobis ubi pars inferior superioris portionē excedit erat eciam quo ad bonos affecta hillariter Unde de ista facie dicitur Sapien. vi. ¶ Dignos seipsa circuit querens ⁊ in uiis ostendet se illis hillariter ⁊ prouer. decimo nono. Sicut ros super herbam ita ⁊ hillaritas eius istam uero hillaritatem ostendit in effectu quia ꝓuerbiorum decimo sexto. In hillaritate uultus regis est uita fuit eciam roborata luculenter q⁹ nullus color uidetur faciei cōueniencior quam illi de quibus can. quinto. dilectus meus candidus ⁊ rubicundus sed in ista facie lucebant isti duo colores eminentissime quantum ad candidum patet per illud Sapien. septimo: ¶ Candor est lucis eterne ⁊ apoc. primo. Facies eius sicut sol in uirtute sua lucet Quantum eciam ad rubicundū patet consideranti xpistum pro nobis sanguine cruentatum ut sibi cōpetat illud eccles. xl. Quasi flos rosarum in diebus ueris ideo .i. Regum xvi. Erat autem rufus et pulcher aspectu his pensatis apparet qđ de ista facie uerificatur illud best. decimo quinto. Dilecte mirabilis es domine ⁊ facies tua plena ē gratiarum propter hoc petiuit psalmista Ostende faciem tuam et salui erimus:

¶ Alio modo potest exponi in persona alicuius electi presentem incolatum gementis ꝑs. Heu me quia incolatus meus prolongatus ē ⁊ ad supernam patriam suspirantis qui quasi in presenti uitetur a deo obliuioni datus. q⁹ continue augetur in presenti dolor ⁊ gemitus ⁊ tamen utilis est electis ista dilacio Dicit enim grego. Moral. octauo super illud. Nū

ꝑs 12.

qui a mare sum ego electorum uota differens cruciat crucians purgat ut ad ꝓcipiendū qđ desiderant quanto⁹ melius et dilacione conualescant dicit Auicenna tercō. cān. Q⁹ ursus ⁊ multa animalia abstinent a cibo in hyeme longo tempore qm̄ occupatur natura in rectificando qđ est in corporibus eorum ex humoribus crudis. scz generatis ex cibis precedentibus ideo tunc digerit ipsum administrat ipsum loco eius qđ resolutur ⁊ ad ultimum necessitas cibi est sic ordineat deus Q⁹ nos in presenti uita que quasi hyemps est longo tempore abstineamus a cibo quo utuntur beati in patria racio est quia multi humores crudi relicti sunt in nobis ex cibo preterito ex cibo enim primorum parentum uetito relicte sunt in nobis passiones ⁊ pene de quibus reliquiis dicit psalmista Amplius eorum labor ⁊ dolor Istas reliquias tanquam humores crudos rectificamus ⁊ quasi dirigimus quando labores bene aggredimur ⁊ dolores patienter sustinemus ex his uero digestis interi⁹ nutrimur ꝑs. Cibabis nos pane lacrimarum ⁊ quātum ad dilacionem nobis subtrahitur tantū restituitur nobis ⁊ amplius ex eo Q⁹ dicto modo in nobis digeritur sic enim ⁊ multa p̄ dictorum animalium tunc maxime pinguescunt sicut de ursu dicit philosophus septimo de animalibus Q⁹ tam mares quam femine sunt pingues ualde in hyeme ita Q⁹ de facili non mouentur Sic ex subtractione illius cibi mens inpinguatur celesti gracia ut a bono de facili moueri non possit ad ultimum tamen illo cibo replebimur ⁊ ipsum sumemus auidi dius quanto respectu eius nostrum. desiderium maius erat accessum sic accessum erat desiderium illius qui dicebat aboc. tercō. Cisque⁹ domine clamabo ⁊ non erraudies uociferabor ad te uim paciens.

Quam diu ponam consilia &c. hic ponitur scōa materia uelocionis que ē ex turbata intrinsecus conscia ⁊ tangitur duplex turbacō. scz in aspectu ꝓpter cognicōis i certitudinē cū de quā diu ponā cōsilia i aia mea cōsiliū ei nō ē nisi de ābiguis ⁊ i certis sicr ⁊ in effectu ꝓpē afflictionis magnitudinē cū dicit dolorē i corde meo per diem: tanta est enim afflictio

uite presentis ut ecim per diem iceſt inpros
peritate ꝛ leticia ſit dolor inſertus quia riſus
dolore miſcetur ꝛ extrema gaudii luctus oc
cupat immo ꝛ ipſa dies proſperitatis ꝛ leti
cie cauſa eſt doloris ꝛ meſticie propter qđ di
cit pſalmiſta Ab altitudine dici timebo . qđ
autem ex eo generetur dolor patet per illud
qđ dicit Bernhardus in ſermone ad clericos
de conuerſione ſic tranſit uelociter totus ille
pruritus delectacionis iniqui ꝛ uoluptatis ille
ebria tota breue finita eſt ſed amara quedaꝫ
inpreſſit ſigna memorie ſed uestigia feda reli
quit in illud ſiquidem repoſitorium ſcꝫ meꝰ
rie uelud inſentiuam aliqua tota decurrit ab
hominacio ꝛ immundicia tota deſluxit uolumẽ
gr̃e cui uniuerſa inſcripta ſunt ſtilo utique
ueritatis amarum iam uenter tollerat ꝛ ſi fau
ces miſeras breui' tranſitu du'cedine quadam
friuola uiſum eſt oblectaſſe uentrem meuꝫ do
leo miſer doleo uentrem meum quid enim do
leam uentrem memorie ubi tanta congeſta ẽ
putredo hec Bernhardus Jeroſolito :¶ Ue
uobis quia declinauit dies quia longiores fa
cte ſunt umbre veſperi Dicitur autem quod
uerſus ille conuenienter dici poteſt in perſoñ
peccatoris ad deuꝫ uolentis conuerti ꝛ tñ ꝓpri
conſuetudinis ponere pregrauati qui ſepe
mutat conſilia ꝛ volet tamen per diem ideſt
cotidie uel ver diem ꝛ ad diuini luminis irra
diacionem in quo propriam ſeruitutem ꝛ
miſeriam conſpexerat a qua tamen ſe liberare
diſſimilat talis uero ſepe mutat conſilia prop
ter duo ſcilicet propter contrarietatem incliñ
cionis Nam in ſillogo practico incontinentis
ſecundum doctrinam philoſophi ſeptimo ethi.
aliam maiorem proponit racio puta ꝙ omne
inhoneſtum eſt fugiendum ꝛ aliam ſuggerit
paſſio puta ꝙ omne dulce uel delectabile eſt
proſequendum ꝛ ideo alia ſequitur concluſio
ꝛ aliud eſt conſilium racione uitãte ꝛ paſſio
ne duãnte Ideo de talibus licet quandoqꝫ be
ne conſilientur tamen dici ꝓt illo pſalmiſta .
Cogitauerunt conſilia que non ꝓtuerunt ſta
bilire ꝛ pſa. octauo Infite conſilium ꝛ diſſipa-
bitur Secundo uariant conſilia propter timo
rem reconſiliacionis Dicit enim philoſophus
in rethorica ſua ꝙ timor conſiliatiuos facit
ſic ꝛ tales quia timent uel auſteritatem peni
tencie uel inbecillitatem propie potencie ex
una parte et ex alia parte ignes gehenne conſi
lii multiplicant cuꝫ tamen hic nullatenus ſit
nobis conſiliandum ſed diuino conſilio totali
ter imitendum Dicit enim philoſophus .c.
de bona fortuna ꝙ hiis qui habent melius
principium directiuum quam ſit intellectus
uel conſilium ſcilicet proprium non expedit
conſiliari ꝛ ſic in propoſito habemus enim di
rectiuum in propoſito caſu qđ eſt melius om
ni intellectu ꝛ conſilio noſtro ſcilicet conſiliũ
diuinum igitur omiſſis multis conſiliis illud
ſequendum eſt eccle. quinto . ¶ Non tar
des conuerti ad dominum ꝛ ne tardes de die
in diem ſubito enim ueniet ira illius dicit .
Auicenna ārto. cantoquens de communibus
medicinis ad uenena qđ oportet illum qui ue
nenum bibit ut non moreretur imo properet
medicinam accipere cum ſentit ipſum ante
quam uirtus perambulet in corpore ſic ꝛ opor
tet fieri in cura ueneni ſpiritualis cuius peri
culum eo maius eſt qđ non ſolum perambu
lat in corpore ſed in tota regione anime prop
ter qđ dicit bernhardus libro de contemptu
mundi ſic noui ego que nam ſunt que oportꝫ
fieri cito ab ore putei gehenne eripior ꝛ indu
cias petam ꝛ retardabo ꝛ cunctabor exire ſi
forte interi fiet aliquid abſcondi ignem in ſi
nu meo ꝛ exuſto iam latere iam nudatis uiſ
ceribus iam ſanie defluente diu michi delibe
randum eſt an expergiſtar an excuciaꝫ an ab
ſciam illum hec bernhardus ideo eccle. 30.
¶ Triſticiam non des anime ꝛ nõ affligas
temetipſum conſilio tuo .

non dissentit iterius cuius oppositũ est i his
quibus dixit dominus Math. iv. ¶ Populo
hic labiis mee honorat cor aũt eorũ longe est
a me . q; signa exteriora sepe fallũt et rara
fides ideo q; multi multa loquũtur ideo deus
qui falli non potest nulli credit nisi cordi ipse
eni nouit abscondita cordis et ideo si uolum9
q; deo innotescat q; faties nostra querit eũ
oportet q; cor et faties sez inuicem cõcordẽt
ut sicut queramus facie et corde psal xxi. Si
queritis querite seo multi sunt quorũ nec faci
es deum querit de quibz Job xv. ¶ Oput
faciem eius crassitudo ipsa eni eorum ipingua
tio ipedit eos dicit Albertus xxiii. de animali
bus q; aucipiter si non appetit nec mouetur
ad ꝑdam insequendam quam uidet signum ẽ
ipinguatõnis nimie sic in proposito q. ipingu
atur habundantia rerũ temporaliũ dñi qui
eorum oculis proponitur tanquam preda na
turalis non appetunt nec mouentur ad eam
querendũ ps. ¶ Ego dixi in habundantia mea
non mouebor eternum . et ratõ est q; sufficit
eis facietes qua implentur deuc. xxxii. In crassa
tus ipinguatus dereliquit deũ huius oppositũ
docet beatus grego. omel. xiii. super ezechiel
dicit inquit terga mentis huic corruptõni ui
te temporalia intendamus cordis faciem ad
celestia prie libertatẽ hec grego. tobi. 3. ¶ Ad
te domine faciem meam conuerto deinde osten
dit suum desiderium esse continuũ cum dicit
faciem tuam domine requiram . per faciem
intelligitur nuda et aperta uisio dei uel facies ẽ
ipse spiritus ps. ostende faciem tuam et salui
erimus ꝛc. quam requirit qui sepe et quasi con
tinue eam querit est eni requirere quasi iterato
uel sepe querere Ambrosius libro de psalmo di
cit sic . qui bene querit i cubili querit i nocti
bus querit nec dies feriatus neq; noctes sint
nullũ tempus uacet a pietatis officio hec Am
bro. dicit philus octauo de animalibus quod
apes i sereno sunt assidue operatõnis circa mel
querendum et cum uolant non intendunt
flores diuersas neq; dimittitur unum florem
et uadit ad aliũ super si unus sufficiat sed et
uno colligit quantum sufficit et reuertitur ad
alueare sic et nos circa mel colligendũ cõtinue
debemus insistere et insistimus si ramen assit
serenitas conscie sed tñ flos diuersi sunt est ei
flos ipsa gloria carnis de quo colligitur mel
dilectõnis carnalis . nam psal. xlo. omnis ca
ro fenũ et omnis gloria eius quasi flos feni ẽ
et flos gloria huius mundi de quo colligitur
mel dulcedinis mundialis Dañ. qrto ¶ Qui
etus in domo mea et florens i palatõ meo sed
in melle istorũ est copia mellis nec sufficientia
sed solum est unus flos melle copiosus et suffi
ciens de quo psal. xi. Flos de radice eius ascẽ
det et cantil. . ¶ Ego flos campi . ideo non i
tendamus ad illos flores diuersos sed ad istũ
unicum florem uirginalem colligamus quãtũ
sufficit pro presenti ut possimus cum gaudio
reuerti ad alueare celestis prie ps. ¶ Edent
pauperes et saturabuntur et laudabunt domi
num qui requirũt eum .

¶ AVERTES FAciem
tuam ꝛc . hic ponit sue petitõis
formam et potest uersus iste expo
ni uel de deo q; petitur pro fu
turo uel pro presenti primo modo per faciem
intelligitur uel ipsa essentia diuina . seu uisio nu
da que erit beatis faciem ad faciem et ista fari
es i iudicio auertetur a reprobis sic q; om
nino non uidebitur littera uero Jero. habet.
¶ Ne abscondas .q.d. ostende mihi faciem
tuam signanter addit ps. ¶ Ne declines in
ira a seruo tuo . ne diuertas te a me sicut fi
et in finem iudicii . quando recedit a malis
et recipietur in celum . ita ut nunquam post

uicant nec uiuificatem nec humanitatem ꝙ
hoc est declinare in ira qꝫ erit grauissime uidic
et unde Ambro⁹ in quorum oratõe que in
cipit summe cõprehensibilis ꝛc. dicit sic etiã
domine deus incessanter metuendum ẽ eter
ne dampnatõis supplicium in quo quicquid
penarum nunc excogitari potest semper ad ẽ
cuius uermis immortalis ignis in exstinguibilis
fetor intollerabilis est ꝛc. O quem horrendu
o quam stupendu sunt illa sed maior erit do
mine cruciatus amisso tue claritatis bee Am
bro. putet ergo ꝙ ista uersio et declinatõ
erit in ira .qꝫ pſ⁹ dicit . Cũme loquetur ad
eos in ira sua et in furore ꝛc. uel per faciem i
telligitur humanitas xpisti quam licet repro
bi in iudicio sine uisuri tamen quasi in terra oc
culo ab eis auerteretur ꝙ declinabit in ira sua ab
eis cuius oppositum petit pſ. considerans illo
quod ipse dicit alibi auertente te faciem tur
babuntur Alio modo exponi potest uersus il
le sic ꝙ referatur ad tẽpus presens et petit
pſ⁹ uoluntatem continuationem glorie ꝙ absolutõem
pene . Quantum ad primum dicit Ne auer
tas faciem tuam iocst ne subtrahas gloriam
tuam a me uel ne abscondas sicut solem ab
scondit dicimus quando nobis lumen non ostu
it sic et deus faciem auertit uel abscondit qñ
lumen gratie subtrahit hoc. xv. Facies tua
plena est gratiarum ꝙ licet multi de hoc uide
antur parum curare .propter quod dicit Cri
so⁹ sup. i. epm ad thimoth. omel. tertio ami
cum uidentes periclitantem ploramus gemi
mus lacrimamur ꝛc. xpisto uero separato secu
dum unum quemq; diem a nobis non dole
mus neq; uersu tamen aliquo pati estimam⁹
hec Crisos⁹ tamen electi huius auersionem et
separatõnem uolue plangunt pſ. ¶ Auertisti
faciem tuam a me et factus sum conturbatus
nec mira nã et modicam interpositõnem inter
ipsos et faciem dei grauissime ferunt et eã de
ipsis sicut deogere phõ . ¶ Narrat ualerius
libro quarto cũm enim ad ipsum secretum
sole alexander magnus accessisset et obtutum
eum ait si qua uellet sibi prestari inuocaret .
mox inquit decederis interim mihi a sole non
obstes sicut et diabolus ad utrum iustum se
dentem in lumine solis iustitie accedit ꝓmit
tentes et offerens dona sua . sed quia dulce
lumen et delectabile est oculis uidere solem
considerans .quia diabolus se inter ipsum ꝙ
solem medium ponit et umbrã facit nihil sic
optat Sed qđ sibi aspectum solis non subera
bat Apoc. decimo ¶ Facies eius erat ut sol
et ideo super omnia habent faciem uidere de
siderat pſ. ¶ Ostende faciem tuam et salui
erimus uisione petit allõnem pene dicens Ne
declines in ira a seruo tuo uidetur enim deus
in ira ab homine declinare quando ipsum ad
uersis apponit sed tamen in rei ueritate deus
non declinat ab electis suis in ira propter hoc
ꝛ potius tunc maxime presẽs ẽ dicit ei bern.
in sermone de ramis sic prope est dominus his
qui tribulato sunt corde . nem et mater que
egrotantem nouit filium magis fouet et ãplec
tatur sepius . hec bern . ysai⁹ luii . Iurani et
non iurasti et ceteris . Misericordia autem
mea non recedet a te dixit miserator tuus
dominus .

DIUTOR MEUS ES
tu et ceteris . Hic ponit sue
petitõnis causam seu rationem ꝙ
est ratio quare petit exaudiri a
deo duplex . una ex parte dei uꝫ solite clemẽ
cie . Alia ex parte sui magna scilicet indigen
tia secundum tangit ibi . ¶ Quoniam pater
meus et ceteris . cõmemorat autem pſ. solitã
eius clementiam circa ipsum dupliciter offen
sum se licet in offensione boni cum dicit .Es
tutor meus es tu scilicet in bonis assequendis
et tõ ꝙ consuetudinẽ iuuare ne derelinquas me
Alias literis habet . ¶ Adiutor meus esto .
sed prima est melior . nam et so⁹ sic habet ꝙ
hebraica ueritas . ¶ Auxilium meum fuisti
Item in declinacione mali cum dicit . Neq;
despicies me scilicet fragilem per naturam et
corruptum per culpa . deus saluatoris meus .
dest qui soles a malis saluare .est autem de⁹
saluatoris meus deus ihesus . Nam Ihesus in
terpretatur saluator uel saluatoris abbrc.ili.
¶ Exultabo in deo ihesu meo . deus autem
saluatoris licet despectibiles simus . tamen in
rei ueritate naturam nostram de qua potest ꝙ
telligi uersus iste non despexit sed multiplici
ter occulo pietatis respexit . quod patuit pri
mo in sua in carnatõe tunc etiam pro nostra
salute a regalibus sedibus pauper et inops ue
nit unde bern⁹ in sermone quodam de natali .
luebã ego foris in platea et in secreto regalis

cubili super me ferebatur iuditium mortis.
uoluit hoc unigenitus exiit deposito dyade
mate facto uestitus aspersus cinere cap. nudo
pedes flens ꝙ egulans ꝙ morte dampnatus
esset seruulus eius hec bern. ii. ℟. nono ¶ Re
spexisti super canem mortuum similem mei.
sed ratõne tangit ps̄. Opera manuum ne de
spiceas. secundo patet idem in sus nobis cũ
conuersatõne baruc. quarto post hec in ter
ris uisus est ꝙ cum hominibus conuersatus ē
factus est autem nobiscum conuersando dux
itineris baiulus nostri onoris et socius omnis
laboris et discriminis bernhardus in sermone
de pentecostie ꝙ uulciter domine ihesu cum
hominibus conuersatus es quam habuisti
ter multa ꝙ magna bona hominibus largitus
es quam fortiter tam in digna quam aspera
pro hominibus passus es ita ut liceat suggere
mel de petra dicit solius ꝙ elephas si in uia
petus infirmum obuiũ habeat non despicit ip
sum sed iter sibi blanda ꝙ placida manu facit
ne ꝙ animal suo occursu ledat homini etiaꝫ
erranti per deserta usqꝫ. ad uias notas du
catum prestat sic et xpristus in hac uita quos
dam infirmos habuit sibi occurrentes. quos
ipsum persequentes sed eis blande cessit pro
ipsis orando quosdam uero homines errantes
prosperit ꝙ ipsis ducatuꝫ prestitit ut manifes
tum sit ipsum nullum despexisse sap̄. decimo
nono. ¶ In omnibus magnificasti populũ
tuum dñe ꝙ honorasti ꝙ non despexisti in oi tẽ
pore ꝙ in omni loco assistens eis tertio patuit
idem in sua passione. nam tunc manifeste os
tendit se hominem non despicere quando ꝑ
homine se ipsum despexit ysai. liii. Quasi
absconditus uultus eius ꝙ despectus ꝙ cete
ra. uere languores nostros ipse tulit bernhar
dus in sermone de oc⁹ ascensionis quis co
gitare incipiat ne dicam sufficiat qualiter rex
dominus preuenirit nos uenirit ad nos sub
uenirit nobis ꝙ singularis illa maiestas uoluit
mori ut uiuerem seruire ut regnarem exulare
ut repatriarem ꝙ usqꝫ ad seruilissima opera i
clinata est ut me constituret super omnis ope
ra sua hec bernhardus ps̄. ¶ Quoniam ex
audiuit pauperes dominus et uinctos suos
non despexit.

DOMINUS PATER
meus eu mater mea ꝙ cetera
hic ponit secundam causam
tue petitionis. uidelicet pro
priam indigentiam tangit au
tem in hoc uersu duo uidelicet suam necessi
tatem dicens. Quoniam pater meus ꝙ ma
ter mea derelinquerunt me ꝙ diuinam benig
nitatem cum addit dominus autem assump
sit me. Et potest uersus exponi de persona
ipsius dauid qui uidebatur a suis derelictus
ꝙ a domino assumptus fuit electus quando
sicut habetur primo Regum xvi. ¶ Samu
el missus est ad ysai. patrem dauid ut ungeret
de filiis suis unum in regem presentauit ysai
Samuel quinque fatres dauid ut de illis assu
meret quem uellet dauid in pascendis ouibꝫ
occupatus et derelicto quem cum dominus
fatribus eius non assumptis in regem elegit
in quo figurabatur ꝙ prefitiendi in reges. i.
prelatos animarum rectores non fauore paren
tum ꝙ amicorum carnalium sed diuine electio
ne assumendi sunt unde dicit origener super
li. numerorum propter hoc core fuit mortuus
ut daretur exemplum posteris ne quis munus
pontificatus presuptõne in usurperet sed ut illi
detur quem non humana ambitio non fauor
corruptus astiuerit sed meritorum conscientia
et dei uoluntas assumpserit hec orig. ecc̄. 20
¶ Qui potestatem sibi assumit iniuste odie
tur scilicet a deo hebreo. quinto. ¶ Nec
quisquam assumit sibi honorem. sed qui voca
tur a deo. Alio modo potest exponi mistice
uidelicet et sic potest exponi tripliciter. uno
modo sic ꝙ per patrem ꝙ matrem intelligũ
tur amici carnales a quibus sepe electi quasi
contempnuntur prouerbiorum decimo quarto
in proximo suo pauper odiosus erit et i⁹. fra
tres hominis pauperis oderunt. eum et amici
eius recesserunt. sed tamen a domino assumi
tur in sui spetialem protectionem uel filiatõez
adoptionem unde gregorius super Iob. septimo.
extra pognatos et proximos debet fieri qui
uult genti omnium uerius iungi parum igit
curandum est bono uiro sic relinqui. quia
sicut dicit ps̄. tibi derelictus ē pauper orpha
no et cetera. immo potius debet patrem et
matrem relinquere ut possit xpristo liberius
seruire dicit Albertus octauo de animalibus.
ꝙ gentes apũ uolentes iuuenes pullos apud

se rẽtinere cluduint super uias eritus ceu sub
uli seo postquam confortate sunt a periculo
iuuenes rumpunt obstaculum et exeunt ro
uolunt remanere in regno proprio. Sic faci
unt iuuenes quos deus elegit ad seruiendum
sibi sequendum quando penas mutantur ipe
dile propositum saluare ipsum. Nam om
nia rumpunt obstacula q̃ ad pristinum regem
suum euolant cui seruire regnare est qui cog
ad se uenientes regnum promittit dñs dicens.
decimo nono. ¶ Omnis qui reliquerit et
cetera. patrem aut matrem et cetera. centu
plum accipiet et uitam eternam possidebit.
¶ Secundo modo per patrem intelligitur
mundus per matrem uero intelligitur caro no
stra que nos deliquimus quando ad dominum
perfecte conuertimur et sic exponit bernhar.
in quodam sermone qui incipit. ¶ Iubus
debuisti et cetera. Filio est inquit scientia
mundi que docet uanitatem. et alia est scientia
christi que docet uolupetatem illa tanquam pa
ter ista tanquam mater ubis est. Sicut eni
mater filio suo semper optat quietem et om
nem prorsus laborem repellit a filio suo. Sic
ergo impiguita dilectio recolentiat nec minis
saltem digitis pati ur se contingi et sicut pa
ter unit filium suum huc illuc q̃ discurrere.
ut ad discat aliquid inde magnificetur. Sic
et mundus unit hominem multis laboribus i
tricari ut habeat unde in fiet et cetera. seo
qui hos scilicet amicitie mundi et uolupeie
carie in se plenius contrait non in merito sibi
ocum illum poterit coparare. ¶ Quoniam
inquit pater meus et mater mea derelique
runt me dominus autem assumpsit me. ber
bernhardus. Narrat Jorac. libro de anima
libus q̃ animis mirabilibus cuiusdam infide
q̃ cum essent donec exeunt pulli seo postmo
dum pullus statim a parentibus relinquetur
nec amplius sunt de pullis solicti repit ergo
pulli per ramos arboris et cibum sibi inde at
trahunt quasi de facto arboris a ramis ante
quibus primo rostris suis ad heserunt nõ mul
luntur donec ipsorum ale cõpleantur Sic pa
rentes prescisti statim ut exeunt pulli sui de
tecta idest de carcere culpe in lucem gerere ab
ipsis deseruntur nec eos alunt ideo ipsi arbo
ri crucis apprehendendo ramum penitentie
firmiter adherere debent uel etiam ligno uite
quod est ipse crucifixus nec unquam donec eoꝝ
plumantur ale quibus in celum uolare poterit
de istis pullis dici potest illud Job xxxviii.
¶ Pulli eius ad deum clamant uagantes eo
q̃ habeant alas et illud zacharie. nono Relin
quitur etiam ipse deo nostro. Tertio modo
per patrem et matrem possumus intelligere
primos parentes qui nos derelinquerunt quan
do pro modico pomo nos diabolo uendide
runt seo de domino dicitur q̃ assumpsit me
id est meam naturam in ps. Domini est assũp
tio nostra. uel assumpsit me scilicet in filium
q̃ fecit in baptismo ubi renascimur ex aqua
et spiritu. pater et mater nos derelinquunt.
quia defecit nos culpa quam ab ipsis contrax
imus et quasi noui filii dei dicit ps̃ideros do
decimo octauo. q̃ omnium uolucrum ge
nera bis nascuntur. sic et qui uolucres celi fi
unt nascuntur bis semel carnaliter et illa nati
uitate quasi exanimes nascentur iterum spiri
tualiter filii dei ps̃. ¶ Assumpsit me de aquis
multis et cetera.

EGEAD PONE MIHI DOMINE in uia tua et cete
ra. Hic petit ps̃. directionem i uia et dicitur in duo
quia primo ponit petitionem
Secundo eius rationem ibi propter inimicos
¶ Quantum ad primum petit duplicem di
rectionem scilicet in uia preceptorum cum di
cit. ¶ Legem pone mihi domine in uia
tua. et in uia consiliorum cum addit. dirige
me in semita recta. Ista enim semita recta
est uia consiliorum et recta et breuissima om
nium enim linearum inter duo puncta linea
recta est breuissima. Est autem ista semita p
fectio humilitatis et obediem in qua dicebat
nos precedendo ut sequeremur uestigia eius.
¶ Nam sicut dicitur ad phil ii. humiliauit
semet ipsum factus obediens bernhardus in
sermone qui incipit caput ueri et cetera. di
cit sic illa mors illa crux illa obprobria sputa
flagella que caput nostrum pertulerunt quid
aliud corpori eius idest uobis quam preclara
obedie documenta fuerunt ps̃ertus ait factꝰ
est obediens usq; ad mortem qua necessitate
respondet petrus ut sequamur uestigia eius hec
bernhardus in sermone de septem appitioni
bus descendit ab enarrabilibus celi diuitiis ?

neniens in mundum ne vltas qualcūq; vini
tios habere voluit . sed in tantam paupertā
tem venit ut natus continuo poneretur in pre
sepio et cetera . magna nimis abusio est ut
vines velit esse vermiculus vilis propter quez
deus maiestatis et deus sabaoth voluit paup
fieri hec hembarous est quo patet ꝙ in hac
semita nos direxit . quia omnes precessit vir
ut plinius libro sexto . ꝙ elephantes aquam
transituri minimos premittunt ne maiorum
ingressu atterente alueum crescat gurgitis alti
tudo itest profundiras maiores eniz quia sāc
pon derosiores infigerent pedes suos minus i
luto et hoc noceret sequentibus minoribus .
sic est in proposito . nam totum genus humā
num habuit transire flumen huius mundi ad
patriam sicut ꝓz in figura de filiis qui itra
turi terram promissionis prius transire habēt
Jordanem . sed quidam sunt transgressores
sicut superbi et diuites . iii. Re. vii. minimus
digitus meus grossior est dorso patris mei .
Isti autem ambulantes i luto illo de quo sup̄
septimo . ¶ Tanquam lutum estimabit
argentum . nimis profunde infigunt pedem
itest affectum p̄i . ¶ Infixus sum in li
mo profundi et non est substantia . minores
vero sūt humiles et pauperes inē quos . xpristꝰ
simpliciter erat minimus qui paruulus natus
est . et ideo transiens per aquam et limum fi
in fixit pedem aut immersit Johannes sexto .
¶ Viderunt thesum ambulantem supra mare
parui etiam erant apostoli unde et petrus nō
profunde in fixit pedem qui vicebat Psalmo .
decimo quarto . ¶ Domine si tu es iube
me venire ad te per aquas . Similiter ꝙ Paul
lus qui vicebat . i . cor . ii . ad phi . iii . Omnia
detrimentum feci et arbitratus sum . ut ster
cora ego sum minimus apostolorum ergo ra
tionabile erat ut xpristus primo precederet .
deinde apostoli et postmodum grossiores . ut
si maiores primo precessissent periculosum se
quentibus reliquissent exemplum ut dixissent
illud Job 30. oppresserunt me quasi fluctibꝫ
semitis suis uel aliter distinguere inter legem
ponere in uia et dirigere in semita . sic quod
legis positio pertinet ad aspectum . unde tex
tus Jeronimi habet . Illustra mihi uiam fit
enim legis positio propter illustrationem as
pectus prouerbiorum sexto . Mandatum lu
cerna est et lex lux , directo uero in semita p.
dinet inclinationem affectus . in uia autem le
gem posuit ut nullus increpet nimis onusto
Luce decimo octauo . Omnia quecunq; ha
bes vende et da et cetera . et veni sequere me
Gregorius omel . decimo nono . super ezec
hielē magna est nobis in hac vinere societ pau
pertas que aliquem non angustat et celerius li
berius ad patriam tendimus . quia quasi i uia
ponere curemus hec Gregorius solitus dis
tinguit inter camelos quia quidam sunt oneri
ferendo accomodati . Illi uero velocitati cur
sus et illi non ultra iusta pondera recipiunt
sic et inter homines quidam sunt sanctie de
diti . et sunt quasi camuli oneri reputati p
pter quod Mathei . decimo octauo diuitem
asarum camelo cōparauit . Alii uero sunt sp
ciones ad cursum propter suam velocitatem .
sicut uiri perfecti . ꝙ illi non sinunt se onerari
plus iusto nam habentes victum et vestitum
his contenti sunt Gregorius ubi supra . ne
felices putemus quos rebus onustos cernim⁹
nimis vasde sunt ea que sibi quasi in sumptꝰ
uite presentis preparant multa portant . sed
in via breui . hec Gregorius . unde non por
tant usq; ad celos . deo petit spalmista . Le
gem pone mihi domine uiam iustificationum
tuarum et cetera . Deinde tangit sue petitio
nis rationem cum dicit . Propter inimicos .
et cetera . ratio enim sue petitionis est timor
hostium quos primo describit quātum ad per
uersitatem in affectu . ꝙ deinde quantum ad
prauitatem in affectu ibi . ¶ Ne tradideris
peruersitatem in affectu ostendit nomen ini
mici . dicitur enim inimicos quasi non amicꝰ
Amicicia autem maxime consistit in amore
et in affectu . sunt autem isti inimici spiritus
maligni qui supra uiam rectam latitantes rapi
unt et occidunt si quos extra uiam illam erra
re viderint ꝙ ideo ubi prudens in uia manos
torum que recta uia est semper se tenet . spal
mista . ¶ Super inimicos meos prudentem
me fecisti mandato tuo . Quia ineternum
mihi es ꝛc̄.

E TRADIDERIS :
me in animas tribulantium .
et cetera . Hic describit hos
tes suos quantum ad pra
uitatem in affectu dicens . ¶ Ne tradideris

me in animam ꝺeest in voluntatem tribulanti um me. voluntas enim peruersa est. ꝛ propter malum, tribulant quamuis ista tribulatio quandoqꝫ per accidens prosit et ideirco.

¶ Ne tradideris quia eorum appet malus voluntas in effectu. Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui ꝛ mentita est iniquitas sibi ꝺeest ad dampnum eorum. spalmista. Iniquitas eius in verticem ipsius ꝺescendet. uel ideo dicitur iniquitas sibi mentita. quia iniquitas persequentium facit quasi promisit effectum aliquem. puta finalem extirpationem ad quam non potuit peruenire. ¶ Sciendum est ꝙ iste uersus potest tripliciter intelligi. Uno modo ꝺe Dauid propheta quez tribulant saul ꝛ sui ipsum persequendo quez etiam aliqui falsi iniqui accusauerunt apud saulem dicentes quod ipse spalmista. Dolicbatur in animam saulis. Sicut habetur primo Regum capitulo xxiiii. ¶ Alio modo intelligitur ꝺe xpisto contra quem insurrexerũt duo falsi testes. sicut habetur Math. xxvi. ¶ Tertio modo potest dici in persona alicuius electi contra quem insurgunt falsi testes. idest detractores. qui falsa testificantur ꝛ loquũtur de innocente. sed de hoc parum curandum est Dicit enim seneca libro de remediis non potest ullã auctoritatem habere sententia ubi qui dampnandus est male ꝺe re loquitur moueret. si hoc iudicio facerent nunc morbo fatiũt nesciũt eĩ bñ loqui faciunt nõ ꝙ merear sed qꝺ solent hec seneca dicit plinius libro undecimo feminas porcorum in tantum seruire ut hominem lacerent maxime si uestem candidã induatur. sic fuit de iudeis in respectu xpisti maxiẽ quẽ illuserũt indutũ uestem alba et postmodũ lacriauerũt ꝛ i hoc fuerũt peiores quã sues quia sicut dicit idem plinius eorum rabies aceto aspersa mitigatur. ipsorum uero furor nec aceto uato mitigatus est. sic etiam est et ꝺe detractoribus ꝙ more suum ꝺeest portatum hominem nituntur lacriare et precipue indutum uestem innocentie. quia libentius loquũtur contra bonos quam contra malos et falsa putatis quam uera et non sit eis credendum Prouerbiorum xiiii. pst mendacium testis dolosus.

REDO UIDERE Bona ꝺomini et cetera. hic ponit pſ. suam spem respectu future remunerationis et ꝺiuiditur in duo. quia primo suam spem propriam specificat Secundo ad consimilem alios inuitat ibi. ¶ Exspectatio hominum ꝺeest bona que sunt in deo nam in ipso sunt omnia bona et ipse est omnis boni bonum iuxta illud exo. xxxiii. ¶ Ostendam tibi omne bonum et hoc In terra uiuentium ꝺeest in celo empyreo ubi nullus mori potest et hoc dicitur ad differentiam huius habitationis que est terra mortuorum Ambrosius in libro ꝺe bono mortis ibi. uiuorum regio hic utiqꝫ mortuorum an non mortuorum hec regio ubi umbra mortis ubi porta mortis. ubi corpus est mortis hec Ambrosius et August. xiii. ꝺe ci. quicquid temporis uiuatur de spatio uiuendi demitur et cotidie fit minus minus qꝫ qꝺ restat ut omnino nihil sit aliud tẽpus uite huius quam cursus ad mortem et certa profecto exquo esse incipit in hoc corpore in monte hec Augustinus ideo pſ. ad dissentiam huius uit Placebo ꝺomino in regioẽ uiuorum. Et est hic sciendum ꝙ spalmista hic loquitur ꝺe fide formata cum dicit credo uidere bona ꝺomini et cetera. ¶ Nam talis fides no ꝛ est sine spe et caritate quibus etiam ad terram illez tendimus et mouemur cuius oppositum est ꝺe fide informi que dicitur mortua quia motu caret bernardus in sermone ꝺe paschali tempore dicit sic eternam celestis patrie felicitatem et econtra gehenne pœnas ipsis cruciatus oĩ excedere humanam non modo corporis sensum sed etiam intellectum coreis nemo ꝺubitat qui uel nomine tenus sit fidelis quid est autem ꝙ non optamus etiam per medios ansez aut si oporteat ferri iusti ꝺeclinare miseriam tantam et ad tantam accelerare gloriam nisi ꝙ insensibilis est. et mortua fides nostra hec bernardus. ideo uerificatur illud pſ. Pro nihilo habuerunt terram ꝺesiderabilem. dicit plinius libro octauo ꝙ certi quando mare transeunt transuatãꝺo non uident terras quas petunt. sed in eorum odore natant. sic in proposito nam habentes fidem formatam. hoc mare magnum et spaciosum. transire festinant ad terram uiuentium. ¶ Et licet eam

non dum uiderant tamen aperientes os ? attra
hentes spiritum quasi in eius odore trahunt
num in habente fidem talem propter spem ?
caritatem coniunctum . que sunt quasi odo
quidam felicitatis future in terra illa est quasi
quidam sensus ? olfactus illius dicit bernhar
dus in sermone de obedia filioli cõcupiscam⁹
in atris domini suspiremus illuc patria nostra
ipsa est ueremur saltem ? a longe saluteme⁹
eam hec bernhardus hoc facientes dicere pos
sunt illud can .i. ¶ Cucurremus in odo
re unguentorum tuorum et illud psalmiste .
Spiritus tuus bonus deducet me in terram
rectam ?c .

XSPECTA DOMI
num uiriliter age et confor
tet cor tuum et sustine dñm. Hec uerba dñi ad dauid
dicit sui exemplo alios ad spem
firmam in uirtute ? quia spes
est firma' exspectatio future
beatitudinis ex meritis proueniens ideo pri
mittit ad firmitatem exspectõis dicens .
¶ Exspecta dominum idest felicitatem ab ip
so promissam ps. Exspecta dominum ? custo
di uiam eius et exaltabit et confortet cor tuum
uirtute in
uirtute ad strenuitatem meritorie operationis .
et hoc tripliciter primo ut fortiter inchoemus
Secundo ut fortius continuemus . tertio ut
fortissime usq; ad finem perseueremus . Quã
tum ad primum dicit uiriliter age oportet eũ
uiriliter agere uolentem tantam mercedem ex
pectare immo et uolentem ad terram uicentiq;
in ita breui spatio peruenire Crisostmus omel
xxviii. in imperfecto res preciosa uili precio ui
enitur magnum laborem necesse est nobis in
pendere si uolumus ad regna celestia peruenire
hec ille et signanter dicit uiriliter dicitur enim
uiriliter a uiro et uir a uirtute et ideo uiriliter
agit qui uirtuose agit muliebriter autem ? nõ
uiriliter agit qui effractus ? emollitus carnis
uoluptatibus a uirtute deficit Crisostmus sup
Johannem omel .xxii. in uoluptate non hoc
solum est defluere et transcurrere .sed multa
alia tribuit ipsa uoluptas in transeundo enim
cum impetu fortitudinem abripit corporis et
uirilitatem subtrahit animẽ et nõ ita uehe⁹
tes fluminum fluxus ripas assueuerunt rodere
et cõmuere ? uoluptas corpus ? animam hec
Crisostmus et ideo signanter dicit apo⁹ .i. ibi
mothy.ii. ¶ Docere mulieri non permitto nec
dominari in uirum uerte inuitet ad femine
continentiam cum dicit . ¶ Confortetur
cor tuum tunc autem proprie confortatur cor
quando multis malis uincitur et retribuitur ab
inchoato . dicit solin⁹ q⁹ inter alia sacrorum
magna precium est illud q⁹ in eodem uul
tus tenore etiam obuersis inter pellentibus p
stitit cruchius etiam et diogenes cinic⁹ nichil
unquam de rigore animi remiserunt celestis
q⁹ turbinibus fortunarum uniuersum omnes de
lorem uel miseriam uultuum turbare propo
sito hec solin⁹ quanto magis sic uehement xpi
ani qui spiritualiter a domino confortantur ps.
xxxv. ¶ Confortamini nolite timere . sic est
de multis sicut de gutte une .de qua dicit pli
nius libro decimo q⁹ cum instat tempus peri
grinatõis unũ se de regione in aliam transfe
rentium ipse alios sollicitus ad celeriter rece
dendum uolens esse primus sed difficultate la
boris uictus socios deseruit ure plus quinq; una
die eos cõmunicatur et in loco ubi deseruitur
remanet anno illo ? sequenti uero anno facit
eodem modo ? tantum dictum unum et sic
annis singulis sed utrumq; multos scriptores i
principio habentes in finem immo diu ante
finem et uix in anno cõplent unum bonum ui
atum sic depascant non sic comedit sed supra
illuo ps. xxxv ¶ Confortamini manus ua
lidas ? debilia genua roborate . tertio inui
tat ad finaliter perseuerandũ cũ dicit. et sustẽ
tate dñm .i. retributõez a dño cũ longanimi
tate exspecta ut non deficias donec proueniat
cõpletõis nec hoc erit diu q⁹ tñ triduo gre
go. omel .xxi. sup ezech. turbe triduo dominum
sustinet q⁹ multitudo fidelium peccatum que ppetra
uit p primum declinans ad domũ se in opz et
locutõe atq; in cogitõe conuertit ad dñm .uide
ad dñm et sup turbã q⁹ ecce iã triduo sustinet
me imo respitiendo ad duratõez tẽpis tantũ
una die ? breui sustinendũ é q⁹ totus uitus nrũ
brevissimã uitã é ps Sustinuit aia mea in uerbo
eius speranit ?c .a custodia matutina usq; ad
noctẽ ?c ergo secm cõsiliũ saluatoris sustinẽte
hic ? uigilate q⁹ secm ps. Sustinentes autez
dñm ipsi hereditabũt terrã sez uiuentiũ ut q⁹
in uersu habetur precedenti
psalm⁹ huic dauid nota exponez titulũ i glosa

D TE DOMINE cla
mabo deus meus ⁊c̄. p̄s iste
spetialiter agit de xpisto ꝫ
de ipsius passione et resurrec
tōne ⁊ est tertius p̄s. qui bre
uiter agit de utroqꝫ . primus eni fuit Domi
quo multiplicati ⁊c̄. secundus Conserua me
domine et iste est tertius qui dividitur in duo
uicelicet in oratōnem pertinentem ad xpisti
passionem et gratiarum actōnem pertinentem
ad ipsius resurrectōnem secunda pars ibi Be
nedictus dominus . primo autem petit p̄s. in
persona xpisti a deo in generali . secundo su
am petitōnem exprimit in spetiali ibi Ne sit
primo uero petit exaudiri propter uitandum
periculum . secundo propter suum feruens de
siderium ibi Exaudi uocem ⁊c̄ ⁊ primo tan
git orandi propositum tamen effectu . secūdo
periculum qō in muneret et sue exaudicōnis
defectu . quantum ad primum dicit xpistus
secundum naturam assumptam loquens . Ad
te domine clamabo ecce orandi propositum
deus meus ne sileas a me sc̄z in passione ecce
propositum in effectu petit autem ne deus
pater sileat ⁊ hoc est petere qō a se homiē uer
bum suum non sepet qō ipletum est quia ver
bum carnem assumptam nunquam dereliquit
uel petere q̄ non sileat est petere q̄ sue oō
ne respondeat qō facit quando concedit qō
petitur . Sic autem clamauit xpistus in cru
ce Math. xxvii. Clamauit ihesus uoce mag
na heli heli hoc est deus meus ⁊c̄. nec ab eo
deus pater siluit quia sicut dicitur hebre. quin
to ¶ Cum clamore ualido ⁊ lacrimis offerēs
exauditus est pro sua reuerentia deinde tāgit
periculū q̄ imineret si non exaudietur dicens.
Nequando tacies a me sc̄z in resurrectōne Ex
assimulabor ⁊c̄. i. si taceas ⁊ non respondeas
potest autem uersus iste dici in persona cuius
liber fidelis ad deum clamantis i mineēte tēp
tatōne sicut et xpistus clamauit in sua passio
ne dicit phūs octauo de animalibus q̄ qua
dam bestiola in egipto uocata Jeresamō gre
ce q̄ pugnatura cum serpente semper primo
clamat auxilium ⁊ quia timet morsum serpen
tis intrat primo aquam postea arenā seu pul
uerem ⁊ postea pugnat cum serpente ita nos
facere debemus pugnat cum serpente antiq
clamandum est enim ad dominum pro auxlio
⁊ quia serpentis morsum timemus prius ingre
diamur aquas cōpuncōnis et puluerem humilia
tōnis ut humiliata sit in puluere a nima nostra
sic autem muniti poterimus tute pugnare p̄s.
¶ Damauerunt ⁊ salui facti sūt ⁊c̄.

XAUDI DOMINE UO
cem deprecatōis ⁊c̄ . hic petit ex
audiri propter suum feruens .
desiderium ⁊ primo suum desi
derium exprimit . Secundo eius feruorem per
opus ostendit quantum ad primum dicit sic
¶ Exaudi domine uocem deprecatōnis mee
dum oro ad te . est autem deprecari idem q̄
ualde precari secundum gramaticos . et ideo
deprecatō feruorem petentis importat . Sig
nanter uero dicit ad te quia multi licet ute
antur orare non tamen orant ad deum . quia
ad ipsum non ferunt mentem suam et tamen
cum dei iniuria uolunt exaudiri de quibus di
cit origener. in omel. de cananea sic . q̄ non
milli intumates ecclesiam in mille uersus ex
tendunt oratōnem quasi apud deum multitu
do sermonum opus sit tanquam ignoranti qō
postules non nulli uero quid dicunt nesciunt
labia solūmodo mouentur mens autem est de
ne fructu et aures eorum surde sunt . nō ora
tōnem tuam deum uis audire precem tuam
origener. non sic p̄s. qui dicit Deprecatus sū
faciem tuam in toto corde meo deinde feruo
rem suum per opus op̄endit dicens . dum ex
tollo manus meas ad templum ⁊ ceters . ex
ponendo hoc de xpisto per templum potest
ipsum celum intelligi uel ecclesia xpistus au
tem in cruce extulit manus ad hoc templum
funandum sc̄z ecclesiam uel ad templum .i.
ad celum extulit manus in cruce ut pro nobis
inter pellaret deum patrem dicens . ¶ Pater
ignoce illis quia nesciunt quid faciunt . p̄s. to
ta die expandi ad te manus meas Exponen
do uero de quolibet fideli per templum intel
ligitur ipse xpistus ad quez manus extollim⁹
dupliciter uno modo per elemosinarum largi
cōnem nam elemosina eleuat manus etiaz us
qz ad celum . ¶ Crisostmus omel. primo su
per secundam epistolam ad thimoth . dicit
sic si ad pauperum manus extenderis manum
ipsum tetigisti uerticem celi qui ei illic seder
accipit elemosinam prouer. xxi . manus suas

aput inopi et palmas suas extendit ad pa
rē xp̄m. Alio modo manus extolli
tur q̄ per p̄ceptorum ipletōnem. Nam pro
digiti manuū significant ipletōnem in ope
recem preceptorum. qui sic manus extol
lunt de manibus. quasi alas sibi faciunt
Et talis elevatō est necessaria ostōni. quia
ovatō est ascensus mentis in deum secundum
vas. dicit Aug̃. xiii. de animalibus q̄ sues
prevales non capiunt preciam nisi volāvo sic
in proposito nam preda est illud quod omēs
consequi intendimus sed hoc non capimus
nisi quodam volatu a terrenis desideriis ele
uemur gen. xlix. ¶ Ho prevam fili mi ascē
disti et ideo dicit apo⁹. i. thim̃. ii. volo vos
orare in omni loco levantes puras manus sed
aliqui hñt manus ita graves quasi pondere
diviciarum seu potius cupiditatis pecuniarū
ita ontustas q̄ non possunt deo levare ita al
te nam secundum p̄s. ¶ Dextera eorum re
plera est muneribus. sed si ipsi vellent ex cu
tere pondus illud tunc possent sed forsan tñ
fortiter heret manibus q̄ non possunt o quā
miseri sunt ꝙ ibescilles dicit phūs septimo de
animalibus q̄ pastores sciunt que oves pos
sunt hyemē sustinere ex hoc q̄ alique sūt ita
debiles q̄ glaciem sibi adherentem non pos
sunt excutere ꝙ ex hoc cognoscitur q̄ hyemē
non possunt sustinere. sic in proposito. nam
divicie quam diu fluunt et transeunt de ma
nu in manū sunt quasi aque fluxibiles naū. iii.
¶ Cutus divicie mare. sed quando in unum
sic congregantur q̄ non sic fluūt nec una pa
ab alia faciliter soluitur est quasi aqua conge
lata. i. glacies fortis gressus lubricitans cuius
causa est frigus vehemens q̄ caritas refriguit
apud eos zacha. xiiii. non erat lux sed frigus
ꝙ gelu. Quibus autem hec glacies tam forti
ter habet q̄ non possunt eā excutere debilibꝰ
mi sunt nec possunt futurā hyemē sez futurū
judiciū sustinere ꝙ ideo tanquā miseri movient
ace. viii. peccunia tua tecū sit in p̄ditōez ser⁹
ē de aliis qui faciliter hunc excutiūt ipsi enī
fortes exūtes timere non hñt p̄sal. xxxiii. qui
excutit ab oi munere manus suas ꝙ iste i ex
celsis habitabit.

ET SI NON TRADAS

me cū peccōribus ꝙ. hic explicat
ꝑ̄s suā orationē in sponsi ꝙ divi
ditur in duo ꝙ primo petit sua a

malis separari. secundo sue p̄tōnis tāgit
rōnem ut eis coniūgatur in cū. ibi qui loquū
tur quantū ad primū dicit. ¶ Ne simul tra
has me cū peccōribus sez in culpa dāpnatōnis
dicitur aūt peccator in proposito qui relinquit
in deū uel se ipsū Et cū operantibus iniquitatē
ne perdas me dicitur uero operari iniquitatez
qui relinquit in proximū petit aūt hoc q̄ re
putandus erat cū iniquis qui cū ipso crucifixi
erant seu cū petit seu precidit q̄ non eadem
rōe ipse ꝙ illi crucifigendus erat. q̄ ipse iuste
ipsi uero iuste ꝙ sic li. cū denotat magis ad
ciatōem in culpa quā in pena. potest etiā in
telligi versus ille ut sit ovatō viri iusti cuiusz
qui petit duo primū est ne iquinet ex cōsor
tio malorū ipsorū culpe cum dicit ¶ Ne si
mul trahas me cū peccōribus quō ei peccōres
a deo trahant p̄z per illud Rom̃. i. tradidit
eos deus i reprobū sensū ut faciunt que nō cō
veniūt Sic aūt tradi non est aliud quā p̄mit
tere i peccatū labi scām q̄ petit est ne eis ia
cietur in pena cū dicitur ¶ Et cū operantibus
iniquitatē nē. ultra aūt expedit eū qui cōuer
satur i medio natōis prave ꝙ perverse. sicut
deū omne dicit albertus xxii. li. de animalibus q̄
equi invicē se scalpūt ꝙ iō q̄n unus est corrup
tus corrūpit aliū suo anelitu. ita ꝙ homēs mu
tuo conversantes nituntur q̄si mutuo sibi pla
cere invicē ei unus alterū offendit ꝙ iō si unus
sit corupte vite scām illud p̄s. corrupti sūt ꝙ
ab hōmabiles facti sūt iniquitatibus faciliter
etiā aliū corrūpit suo anelitu. i. verbis ꝙ exē
plis corrūpūt ei bonos mores colloquia prava
grego. sup ezechielē omel. ix. sic verba ꝓtiōz
audiendo cottidie sumimus i mente sicut flan
do atq̄ respirando aerē trahimꝰ cotidie ꝙ sicut
malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus
ita puersa locutio assidue audita infirmantiū
infligit animū ut tabescat delectōe prauī opis
assiduā iquitate sermonis hec grego. iō p̄s pe
tit Ne pdas cū impiis animā meā nomen. li. de
uitis phōz de diogene phō q̄ interrogatꝰ cur
homines ad horarem nec vellet cum eis uiue
re rñdit malos horreo ꝓpter pravā ipsoz vi
tā bonos vero qui viuūt cū malis sic facit ve⁹
frequenter sez horret bonos. i. deseruit in affli
ctōnibus ꝙ pmittit q̄ multa patiantur ad
versa ꝓpter malos cum quibus hñt familia
ritatē pal. xix. hūs q̄ oderūt dñm amicicias
iungeria ꝙ vicino inā quidē dñi mercharis ꝙ

UT LOQUAMTUR PA
cem cum proximo suo ⁊c̄. hic ex
primit causam quare a malis se
ueri petit ⁊ est culpa volositā
tis in causa quam tangit vicens . Qui loqui
tur ⁊c̄. sic loquebantur discipuli phārisęorum
xpisto qui missi sunt cum herodianis ut ihe
sum caperent in sermone vicentes . ¶ Ma
gister scimus quia verax es sicut habetur ma
thei.xxii. talis fuit ⁊ iudas de quo p̄s. Et enim
homo pacis mee in quo speraui ⁊c̄. tales enī
sunt multi qui tali modo innocentes levunt
Crisos .omel.xi. in inperfecto dicit sic talis ē
consuetudo omnium malignoꝝ ꝙ quando
aliquē in occulto grauius levere volunt humi
litatē illi ⁊ amicicias fingunt tales uocentur
similes aranee de qua dicit phūs octauo de ai
malibus ꝙ ē quoddam genus aranee magnū
qđ pendet sub tex ura sua ne uideatur a bestī
olis quis . qm̄ propter magnitudinē eius ne
posset alteri bern. occultari .sic in proposito
nam ficta amicicia ⁊ humilitas est textura ui
ri dolosi ysai.lix. Telas aranee texerunt sub
quibus tm̄ abscondunt a puulis suum malum
propositū quod aliter deprehenderetur quibꝫ
ipretatur p̄s. In corde ⁊ corde locuti sūt dis
perdat dñs universa labia dolosa dicit ysido
ros xvi.ethiōꝝ ꝙ cum acuendo ferro oleo
delicatior fit acies .i. habiliorem sęz ad scin
dendum . sic ē de lingua viri mali que ferrū
est ⁊ acuitur quando ad nocendum proximo
preparatur p̄s. ¶ Lingua eorum gladius acu
tus . sed oleo ungitur quando verbis dulcibꝫ
⁊ pacificis utitur ⁊ sic revocatur habilior ad
nocendum p̄s. Mollita sunt sermones eius su
per oleum ⁊ ipsi sunt iacula ⁊ revera ista sunt
iacula ⁊ premissa ⁊ iō magis feriūt .

AUTS SECUNDUM
opera eorum . hic petit seu p̄ci
cit potius malorum penam ⁊ di
uiditur in duo qr.primo petit eo
rum penam in generali .secundo eā determinat
in speciali ibi . ¶ Quoniam non intellexerūt
primo petit eorū penam retari iuxta culpe
quantitatē ibi. secundū opa ⁊c̄ . culpa autē
cōmittitur uel ope exteriori ⁊ quantū ad hoc
dicit Da illis scōm opa eorum uel studio ⁊
electione interiori ⁊ quantū ad hoc addit.

¶ Et secundū nequitiam adinventionū ipso
rū ꝙ sūt homo studeat ad inveniendū uiaꝫ
nocendi multū aggravat culpā ⁊ sic fecerunt
principes sacerdotū ⁊ seniores populi de qui
bus dicitur .Math.xxvi. ꝙ consiliū inierūt
quomodo ihesū dolo tenerent ⁊ occiderēt.po
test aūt ⁊ versus iste aptari similiter oībus
malis quibus deus mensurat quantitatem pe
ne secundum quantitatęz culpe grego.omel.
xiiii.super ezechielē nunc igitur metitur me
res pensat opera cogitatōnes consideret ut si
ne fine postmodum retributōnem reddat .
Math.viii. ¶ In mensura qua mensi fueri
tis remetietur vobis . sed multi qui non vi
dent statim retributionem imo potius vident
oppositum sęz ꝙ vias ipiorū prosperatur cre
dūt ꝙ istud non hēat veritatem ⁊ ꝙ deus
facta ipsorū non ponderet . Narrat Ualiꝰ li
bro .i. de dionisio siculo tyranno ꝙ cū spoli
asset tēpla et cōmisisset sacrilegia cū p
mare rediret ⁊ prosperū mare hēret dixit ad
cives suos subridendo utrectis ne quā bona nau
gatio ab ipsis diis immortalibus sacrilegis tri
buat qui cū dicit ualerius i filio pietas est ⁊
penas solvit quas uiuꝰ videbatur effugisse len
to ei gradu ad vindictā sui diuina procedit ira
tarditatē qz sui supplicii gravitate cōpensat
uat .sic insulti peccatores dinam bonitatē qua di
simulat et benigne cū eis agit quasi deriden
ter sed advertere deberent ꝙ tarditatē ulcio
nis recōpensat gravitate et sepe preter penam
eternā qua tales puit etiā temperaliter puniū
tur uel in se ipsis uel in prole sua exo ·20 .
¶ Ego sū dñs deus tuus fortis vindicans cōe
visitans iniquitatē patrū in filios in tertiā ⁊c̄
quātū vero ad penā futurā iplet illud apoc̄.
Quantū glorificavit se ⁊ i deliciis fuerit tm̄
date ei luctū et tormentū.

SECUNDUM OPERA MA
nuū eorū tribue illis redde ⁊c̄ .
hic petit ipsoꝝ penā retari scōm
culpe q̄litatē dicens. Scōm opa
manuū eorū tribue illis ut sęz qualē penā me
ruerūt talē redde illis vocat aūt in ꝓposito
opa manuū ipsorū exponendo versū istū spā
liter de ꝓpo violentā ⁊ sacrilegā in iectōez in
ꝓpm . redde retributōez eorū ipsis .i. sicut ip
si reddiderūt mihi mala ita retribuas eis ma
la ⁊ si ñ ꝓ eade cā qr ipsi retribuebāt mala ꝓ
bois eis qūt retribuēt mala ꝓ malis ⁊ potest

ste uersus aptari generaliter omnibus iniquis
quibus retribuetur secundum opera sua ¶ ius
gratitudinem suam bern. in sermone de cōuer
sione ad clericos dicit sic stupebit insipiens
cum ex modico semine uiderit exsurgere ma
sem seu bonum seu malum pro diuersa qua
litate seminis hoc qui cogitat nullum omino
parum reputat esse peccatum eo quod futurā
messem potius estimat quam se mentem sel
uant ergo dum nesciunt seminant duꝫ occul
tant homines iniquitates misteria dum ne
mitatis consilia celant. dum per ambulant
in tenebris negocia tenebrarum hec bern. gal
vl. ¶ Quis enim seminauerit homo hec de
metet qm̄ qui seminat in carne sua de carne
metet corruptionem et qui seminat in spiritu
de spū metet uitam eternam palladius libro
secundo dicit quod greci asserunt amigdala
nasci scripta qui aspiatur nucleus sanus sibi esse
integer amigdali qui sez debet esse semen arbo
ris future et in eo quodlibet infestabat et tūc
in luto et fimo inuolutus reponitur sic in ꝓ
posito riem amigdala est homo cuius nucleꝰ
est anima testa uero corpus tunc uero nucleꝰ
extrahitur integer quando mediante corpore
anima se totam per opus exterius ostendit
scribitur uero in nucleo ꝙ ipsa anima uel il
luminatur si bona est detore glorie quasi lit
teris aureis uel scribitur in ea quasi stramēto
si sit mala qz denigratur macula culpe ¶ si lit
ter⁹ nigerrimis in luto uero reponitur. siue
sit bona siue mala sed si sit bona réponitur i
luto humiliatis sicut dicebat beatus Job.
30. Cōparatus sum luto uel si sit mala in lu
to in mundicie uel ultionis sep̄. xv.
¶ Luto⁹ ultio⁹ ultra illius et uero in regnatōe
nascentur amigdale consimili modo scripta q
sez que fit in presenti pertinet ad qualitatem
premii et hoc est qđ dicitur apoc. 10. ¶ Iudi
cati sunt mortui ex hiis que scripta erant in
libris secundum opera ipsoꝝ

CONTRA NON IN
telleserunt opera domini et de
structurum ipsorum penam Ipsa
tialiter: tangit primo culpam ce
cem. ¶ Quoniam non intellexerunt opera
domini que quidē fuerunt opera spūalia sed
naturam ultionis sicut operatōis miraculorum
Et in ope manuū eius ꝙ dicitur quantū ad
opera spūalia secundum naturam assumptam
sicut sufficientia laborum fuit ergo hec culpa
ipsorum quia ipsi ad opera non attendebant
de quibus operibus dicitur Johan. v. Opera
que ego facio testimonium perhibent de me
et Johan. xv. ¶ Si opera non fecissem in eis
que nemo alius fecit peccatum non haberent
dicit plinius libro vii. ꝙ est quoddam genus
spine ingrate in potum cuius liquor in fusis occu
lis infert cecitatem omni animali cuius spina
est liquor in die pl. parcerunt sicut ignis spi
ne huius autem liquor infusus erat occulis
iudeorum et ideo uehementer excecati fuerāt
Sap̄. ii. excecauit enim eos malitia eorum uel
spine fuerunt res temporales quarum humoꝛ
i. amor occulis eorum infusus erat et excecta
uit eos unde Johan. xii. ¶ Cum tanta sig
na fecisset eorum eis non credebant in eum ut
sermo ysaie impleretur quem dixit et ceteris. ex
cecauit oculos eorum et indurauit cor eo
rum ut non uideant oculis et intelligant cor
de. Iacinor tangit penam dicens destrues illos
et non edificabis eos. i. enim repabiliter de
struentur qđ ipletum est per romanos qui eos
sic destruxerunt et de terra sua eiecerunt ꝙ
iam sunt miseri dispersi per orbē pl. disperge
illos in ueritate tua et depone similiter et illi
spiritualiter qui xpistum et membra eius perse
quebāt destructi sunt per ablatōnem gratie et nō
edificabuntur per collatōnem glorie.
¶ Alio modo potest uersus intelligi uniuer
saliter de omnibus reprobis quorum culpa
propter quam finaliter destruentur est non in
telligere sicut est intus legere opera domini que
posuit prodigia super terram. Omnes enim
tenentur illa opera sepe ad memoriam reduce
re tam opera scilicet diuinitatis quam etiam
humanitatis assumpte quod et iusti faciunt.
Crisostmus omel. decimo in imperfecto sicut
oculus quanto mundior fuerit tanto longiꝰ
uidet. sic et anima quanto longior fuerit a
solitudine mundiali tanto amplius proximi
a deo est cuius autem cordis oculos fum
um aspicit illius mens non potest deum ui
dere. Hec Crisostmus Aulcenna quarto de
animalibus. quod animalia annulosa ha
bent sensus multum acutos. et olfaciunt.
et gustant. et audiunt a remotis. et cetera

sic in proposito nam animalia anulosa vicun
tur illa que eōponuntur et circulis quasi anu
lis quibusdam sicut patet in apibus ⁊ bubus
et ideo animalia anulosa vtrentur viri iusti
quorum tota vita ex anulis dicit perfectōibus
virtutū seu perfectis operibus consistit et in
sistit tales habent omnes sensos optimos ut
sentiant a remotis quia non solum ista terre
na que iuxta nos sunt cognoscunt sicut illi q
oculos suos statuerunt declinare in terram .
sed potius vident gustant olfaciūt et audiūt
ea .que supra se sunt distantia a remotis sicut
celestia et diuina similiter non solum attendut
ad ea que deus facit in presenti sed etiam ad
opera que faciet in futuro que in presenti sūt
a nobis remota ps. ¶ Gustate et videte ope
ra dei .

BENEDICTUS DOMI
nus quoniam exaudiuit vo⁹ ⁊c.
hic ps. in psona xpisti ponit gra
tiarū actionē in qua fit mentio d
xpisti resurrectōne et primo p beneficiis per
sone sue collatis deum laudat. secundo bene
ficia populo xpistiano exhibita cōmemorat
ibi . Dominus fortitudo ⁊c. et primo deum
laudat pro sua exauditōne in generali . secun
do ostendit in quibus fuit exauditus in spetia
li ibi Dominus adiutor. quantum ad primum
est sciendū q⁹ aliud est deū benedicere nobis
et aliud est nos benedicere deo Nam deus bñ
dicit nobis quādo sua dona nobis cōfert nos
autem deo bñdicimus quando eius dona re
cognoscimus ab ip'o nos accepisse hoc autem
est iustum et gratitudo hoc exigit ut sc3 bñ
dictōnem dei nostra benedictōne recompense
mus idest pro beneficio gratias reddemus nō
solū iustū sed et expediens nam secundū doc
trinam phi inter motus nullus potest esse p
petuus et continuus nisi circularis processus
autem diuinorum bñficiorū in nos ē quasi ē que
si motus quidam et ideo nisi fuerit circularis
non potest perpetuari et continuari sap̄ .vii.o
bus mobilibus mobilior est sapia ⁊c . in an
mas sanctas se transfert et ideo nisi fuerit cir
cularis non potest perpetuari et continuari ef
ficitur autem circularis per hoc q⁹ beneficia
que ad nos procedunt per gratiarū actōnem.
deum tanquam in suū principiū reuertūt

dicit enim sene. epi ad lucill .n⁹. q⁹ gratiam
referre est ad eum a quo acceperis ferre et per
consequens sic poterit continuari et perpetua
ri processus ille unde et sancta in patria per
illum modū continuant et perpetuant dictuz
processum p̄s. ¶ In secula seculorum lauda
bunt te alioquin finiretur processus ille bern.
i sermone de vii misericordiis pemptoris siquidē
res est in gratitudo hostis gratie i unica salu
tis .q⁹ pro meo posse nihil ita displicet deo
in hominibus conversis quomodo ingratitu
do quippe alios specialiter esse filios gratie .
manifestū est ac ingratitudo uias obstruit grē
⁊ ubi fuerit illa gratia accessū non inuenit hec
bern. iō p̄s. ¶ Benedicam dominum in omni
tempore semper ⁊c.

DOMINUS ADIUTOR
meus et protector meus et cetera
hic ostendit inquibus exauditus est
in speciali et primo ostendit se ex
auditum quantum ad sui in passione defen
sionem. secundo quanto ad ipsius a morte re
surrectionem ibi Et refloruit quantuz ad pri
mum sciendum q⁹ xpistus in sua passione p
tanto dicitur ab hostibus protectus quia sim
pliciter in ipsum nihil agere poterant nisi qđ
volebat et qđ disposuerat sustinere dicit ergo
xpistus loquens secundum naturam assump
tam depersona assumente vel de deo trinitate
Dominus adiutor meus sc3 ad assequendum
dei passionem meam totum meū propositum
Et protector meus ut sc3 nihil sustinere mee
voluntati contrariū ⁊ cām aliquot dicens. In
ipso speravit cor meū ⁊ adiutus sū quasi di
cat spes mea .i. fiducia mea quā habui de do
est cā quare adiutus sū p̄s. spera in dño et ip
se faciet. Alio modo pōt versus iste intelligi in
persona cuiuslibet viri boni qui pōt de xp̄o
dicere Dñs adiutor meus sc3 cōfortauit inte
riue Et protector meos q⁹ sc3 defendit exterius
et cā est spes .i. fiducia mea ī xp̄o . narrat vin
centius in speculo naturali de leuiatā .i. draco
ne qđ ī mari insidiat ceto oēs que pisces ma
ris pugnā inter eos cernētes cōfugiunt ad ce
tū et si cetus victus fuerit oēs ad ipsū fugiē
sed conuersus est planctus iste in gaudium resurrectōnis non solū persone sue sed etiam suis nam gauisi sunt discipuli nostro domino. pōt autem istud cōpetere cuilibet electi .nam planctū presentis desolatōnis conuertit i gaudiū eterne exultatōnis Ambro.li.de uiduis. unde plurimū gaudere meruit in qua plurimū fleuit et tanquā lacrimarū suarꝫ pretio futuro sibi glorie graciā cōparauit hec Ambro. Et ē hic aduertendū qđ sicut docent logici ppositiōnes de contingenti ad utrūlibet conuerti debent per oppositas qualitates sic est de conuersione ista de qua fit hic mentio sunt enim hec omnia que nobis proponūtur de contingēti luce.xv. da mihi portiōnem substantie que me contingit et est īstud contingens ad utrūlibet qz indifferenter bonis et malis prouenīūt. uel qz sepissime omnia uariantur nihil habētia nec stabilitatis seu stabilitatis et ideo conuersio istorū fit per oppositas qualitates nam si recipisti gaudiū hic conuertitur in luctū bernhardus de libro de conuersione si unusti hominē scalpere manus et usqꝫ ad sanguinē cōfricare euidenter in eo būs similitudinē anime peccantis expressam cedit uoluptas illa dolori et succedit pritur cruciatus hec bern. prouer. decīō qrto. ¶ Extrema gaudii luctus occupat eodē modo et econuerso luctus conuertitur in gaudium bern. de contemptu mundi in exilio nobis assistō dux humilitatis utiqꝫ et labous sed cōsolamini et nolite deficere quoniā in terra uestra terra utiqꝫ uiuentiū dux nos remuneratō manet sublimitatis et dilectionis hec bern. utrūqꝫ istarū conuersionū tangit salustor luce.xvi. Recordare qz recepisti bona in uita tua et lazarus similiter mala nunc uero hic consolatur tu uero cruciaris et sic patet ueritas illius qđ dicitur Job xvi. ¶ Tristitia nostra uertetur in gaudiū .deinde ostendit quā gloriā obtinuit extrinsecus dicit. Concedisti saccum meum. et est saccus secundū gloriā uestis aspera i usū uel recepere tristitie et ideo signat carnem xp̄i passibilem saccus prouer. viii. qua natus ad miseriā et laborē inuolutus est apoc.octauo factus est sol quasi uestis cilicin⁹. Iste autem uestis concilla fuit in passione qz multipliciter uulneratur et ideo dicitur corpus passibile saccus quia in sacculo peccuniam reponimus prouer.xxvii.sacculū peccunie sceū dicitur sic et in corpore xp̄i positū fuit precium nostre

remunerõis de quo bern. i sermone de epiphia
Ego quasi saccũ plenũ sũ deus mĩa sua deus
pater misit in terrã saccũ in quẽ in passione
conclusus est ut effundatur qõ in eo latet pre
tiũ nostrũ hec bern. ps. xi. soluo saccũ de lum
bis tuis uel per saccũ intelligetur mortalitas
corporis xpi qui conclusus est a deo patre. qz
in mortalitas dissipata ẽ ⁊ gloria immortalitatẽ
collata ⁊ iõ subdit ⁊ certũ deposisti me leticia
cum sit corpe glorioso in passibili qz nulla mate
ria sustinere posset qz aut. iõ ipletũ est in ca
pite postmodũ in mẽbris iplebitur in futuro
qñ secundõ ps. Exultabũt sancti ⁊ gloria letz
abunt in cubiculis suis. i. i corpibus suis.

T CANTET TIBI

gloria mea ⁊c. hic tangit causaz
finalẽ premissorũ ⁊ est gloria pa
tris unde dicit hic mihi fecisti ut
cantet tibi gloria mea i. est ut gloria mea ce
dat tibi in laudẽ ⁊ gloria Johan. xvii. pater
clarifica filiũ tuũ ut filius tuus clarificet te et
non compũgar. i. itez non sustineã puccões
i. ponalitates sicut ante uñ primũ istoz põt
appropriari glorie ipsius sic que tñ in gloria
dominant. secundũ uero ad gloriã corporis
cuius gloria ipedit ne ab aliquo compungatur
⁊ eodẽ mõ intelligendũ est de mẽbris xpi i fu
tura resurrectõne Alio mõ põt intelligi uersꝰ
iste moraliter Nã gloria est testimoniũ cõsciẽ
tie ẽ scdm apoꝰ. ii. coz. i. unde putas conscie
⁊ victoria de hoste debet esse gloria sãcta aut
gloria cantat deo qñ quis in grãz accõne de
bitis et ultat dicit Albertus qrto de ãalibus a
qõ quedã aues cantant distinguendo horas tẽ
poris ⁊ post victoriã sũt gallus ⁊ ideo uno cã
tante ⁊ alius cantat ne uocatur esse uictus.
sic ⁊ electi dei cantant spũaliter exultantes ⁊
grãs a deo agentes secundũ singulas horas.
ps. Benedicã dñm in oi tempore semp laus
eius in ore meo spãliter sũt post victoriã tẽp
tatõis hoc faciendũ ẽ qz grande periculũ tunc
euadimus. signanter sũt dicit ps. ut cantent
gloria ⁊ non compũgar qz propter hoc deꝰ com
pungit. i. tribulat seu tribulari permittit elec
tos suos ⁊ post uictoriã unde non inanit ex
tollant sed ois eoꝝ glã deo cantet tibi de ta
libus si esset frenũ qz ois gloria ecz cantaret
deo non compungerentur sed qz qñz aliquo

reseruat ut reseruentur nisi cõpungerent. qz
cõpungimur dicit ei ysidorus decõ octauo.
etiõ. c. ii. qz apud romanos triũphantes i
quadrigis uehebant cũ maxime gloria ⁊ ho
nore sed tñ a carnifice pungebant ut tñ uas
tiglũ sublenati mediocritatis humane admo
uerent. sic ⁊ qui triũphanto repetant victori
am sepe uariis cõbuccõibus cõpũgũt ut meõ
res sint fragilitatis humane ne mentẽ extollã
tur sed et carnifex quid cõpungit nos assidue p
pter eandẽ de quo dicit apoꝰ sedo Ne magni
tudo reuelationũ extollat me datus est michi
stimulus carnis mee ut i carnifice multo acerbio
Et in rei ueritate qui mentẽ gloriant ab isto
carnifice multo acerbius ⁊ periculosius cõpun
guntur qz propter mentis superbiã multi sunt
dati ⁊ in carnis ruinã. ⁊ ideo dicendũ est no
bis in omnibus que bene agimus illuc ps. dñe
deus in eternũ ⁊c. hic promittit a deo grãs ac
turũ dicens dñe deus in eternũ confitebor ti
bi dicit aũt in eternũ. i. post hanc uitã in eter
nitate uel etiã in hac uita Nã quicquid i hac
uita uirtuose fit eternaliter fit qz sicut dicit sa
pientie. i. iustitia perpetua et immortalis unde
bern. epi. xviii. uera uirtus finẽ nescit ope nõ
clauditur nũquã iustus arbitratur se cõprehen
disse ⁊c. non enim ad annũ uelud tẽpus instat
mercenarii sed in eternum se dño manepe fa
mulatur hec bern. ps. In eternum non obliuis
car iustificacões tuas et racõ est scdm eandẽ
iusticia tua iustitia in eternũ Jero. et ueritas
hebraica non habent in titulo pro extasi. sed
dispositum est a lxx. inter precibus pro eo qz
infra dicitur in ps. Ego aũt dixi in excessu mõ
extasis idẽ est qõ excessus exposicõnem uero
tituli nota in glosa.

N TE DOMINE SPE

raui ⁊c. In isto ps. queda conueni
unt capiti xpo qõ mẽbris ⁊ cum
loquitur capud pro utriscz prop
ter unitatẽ magnã que est capacis ad mẽbra
tibi sponsi ad sponsa et xpisti eccãm sicut et
in nobis ligua omniũ membroũ suscipit uo
cẽ unde calcate pede dicit ligua quare calcas
me ⁊ sic de aliis sic in proposito qz licet sint
multa in psalmo que magis conueniant mem
bris quã capiti cũ capud loquitur p mẽbris
multa tñ sunt que inuriter quasi pñt utriscz

f iiij

conuenire ⁊ istud diffusius hꝫ̄tur in glosa agi
tur aũt in hoc de tribulacõnibus xp̄i ⁊ eccl̄e ⁊
continet oratõni pro ipsis ãmouendis ⁊ forti
tudine in tribulacõnibus obtinendis et dꝫ̄r
in duo Nã primo deus oratur pro liberacõne
a miseris .secundo laudatur pro suis benefici
is ibi quã magna multitudo primo cui p̄s. in
psona xp̄i et eccl̄e orat motus ex diua bonita
te .secundo motus ex urgenti necessitate ibi.
Miserere mei dñe qm̄ tribulor primo ei pre
mittit suam de diuina bonitate ibi Qm̄ forti
tudo primo enim suam fiduciã premittit dei
de oõem subiungit ibi in iustitia tua ⁊c̄. quã
tum ad primum tangit duo ex spei rectitudi
nem et certitudinem ⁊ intelligitur uersus iste
uno mõ in persona xpisti qui dicit loquens
secundũ naturã assumptã ipsi diuinitati quã
tum ad spei rectitudinẽ sic. In te dñe speraui
Recta est enim spes que est in deo et non in
creatura in ipso enim solo sperare debem⁹ qn
tum ad ea que uires humanas excedunt Am
bro. in libro de uirginibus qõ ultra naturã ẽ
de auctore nature est iõ ps̄. Bonũ est sperare i
dñm quã sperare in homĩe quãtũ uero ad spei
certitudinẽ addit Non confundar in eternum
.i. nũquã deinde subiungit oratõni cũ dicit.
In tua iustitia ⁊c̄. et diuiditur in duo. quia
primo petit salutis beneficiũ secundo saluacõ
nis modũ Esto mihi ⁊c̄. primo enim petit sal
uari liberari secundo liberacõnem accelerari.
ibi inclina aurẽ .quantũ ad primũ dicit. i tua
iustitia i.est quã tu mihi dedisti libera me.
Alio mõ intelligitur istud in persona alicuius
fidelis qui priuatus infirmitate de qua erubes
cit ⁊ confidens in dña et misericordia medi
ci ab ipso petit auxiliũ curõnis ⁊ qꝛ sumptus
necessarios non habet ex propriis petit a medi
co ut sumptus faciat de suo. ⁊ primo ponit
suã de medico fiduciã dicens In te dñe spera
ui ⁊c̄. deinde sui morbi deformitatem ⁊ igno
miniã dicit Non confundar in eternũ. quasi di
cat modo confundor uel aufer a me hãc con
fusionẽ ne semper confundar in eternũ. unde
dicit glosa q̃ est quidã temperalis ad hom̃ a
scz perturbacõ animi respicientis peccã sua ⁊ respec
cõne horrentis et horrore erubescentis ⁊ rube
re cogentis tali confusio est uult iste confun
di sed non eterna hec in glosa. Qualis uero
sit eterna confusio bern. describit in quodã ser
mone de uerbis Job in sex tribulacõnibꝫ ⁊c̄.
sit quis ille pudor erit que confusiõ post bene
fitia tanta tã reprobos tã imperfectos tã uacu
os apparere cũ faciem dñi dei nostri figiebat
edã post unus utiqꝫ pomi ueriti gustũ quid
nos post tanta flagitia presumemus hec bern
har. si quis uero hanc uult sedam confusion
euadere oꝫ. necessario primo sustinere merito
aũt debet peccator confudi ex difformitate sui
morbi Nã redit hoim nimis monstruosum
dicit phũs ⁊ Auic. quarto de animalibus qõ acci
dit ericõ marino qõ os eiꝰ ⁊ caput sunt infe
rius qm̄ pascitur ex inferiore parte posteriora
uero eius sunt supꝰ sic est de peccatore qui
totus in istis inferioribus delectatur Nam ca
put eius scz mens tenet locũ inferiorẽ ⁊ que
posteriora deberent esse scz concupiscibilis et
irascibilis locũ tenent superiorem qõ est turpe
monstruosũ ii. Reg. x. Erant uiri confusi turpit
tertõ petit suã iplere indigentiã dicit i iustitia
⁊c̄. quasi dicat Ego iustitiã non hẽo mihi ad
salutẽ necãrium iõ de tua qõ mihi deest suple
as grego. mora. ꝓpt̄. De laudabili uite ho
minũ ⁊ remota pietate iudicentur qꝛ districte
discussa uide ante oculos iudicis unde se pla
cere suspicatur obruitur iõ dañ. ix. Non i iusti
ficacõnibus nostris prosternimus preces nrãs
sed miseracõnibus tuis.

INCLINA AD ME AU
rẽ tuã ⁊c̄. hic petit suã oõem ac
celerari ⁊ primo petit se exaudiri
in generali deinde ponit suã oõ
nem in spãli quantũ ergo ad primũ dicit deo
patri inclina ad me aurẽ .i. exhibite inclinatũ
⁊ facilẽ exaudiendũ ⁊ in hoc innuit propriam
infirmitatẽ propter quã non sufficit ex se ut
ad altitudinẽ diuine maiestatis uox sua ascen
dit. Sic aũt humilians meretur ut deus se si
bi cõdescendo inclinet qꝛ sicut bern. in quodã
sermone de uerbis apostoli obsecro primũ oi
um ⁊c̄. uim faciebat regno celorũ publicanus
ille qui oũ non audebat occulos ad celũ leua
re ipsũ celũ potuit ad se inclinare p̄s. Inclina
uit celos ⁊c̄. quantũ ad primũ dicit Accelera
ut eruas me q̃ factũ in sua resurrecc̃one que
accelerata fuit ps̄a. octano Vocat nomen eius
accelera. Alio mõ põt uersus iste intelligi in
persona cuiuslibet fidelis ut satis pz. Tertio
mõ potest exponi i persona cuiuslibet generis

humani suã liberacõnem de peccato diaboli
considerantes p aduentũ xpisti accelerari et
ſõ petit xpistũ accelerare ad nos ueniendo ut
erust plinius libro xi. de animalibus dicit de
conturnicibus q̃ mare transeuntes ducẽ hñt
ortigemetrã auem scz alterius generis quam
terre appropinquante statim rapit accipiter.
nam secundũ phm̃ libro x. propter hoc omis
solicitant ducẽ suũ qz extranii generis ut per
ipsũ uitent prima discrimina Sic in proposi
to .nam genus humanum transiturum mare
huius seculi ad patriã ducem habent extranii
generis scz xpistum qui extranii generis ẽ nõ
solũ qz filius est dei sed et qz filius est uirgis.
psa. liii. generacõnem eius quis narrabit Accí
piter uero qui appropinquantem ad terrã ra
pere nitebatur princeps mortis erat ꝛ omnes
solicitabant xpistum et festinare petebant ut
per ipsũ uiterent prima discrimina. nam ad
terram uiuentium appropinquante cum ueni
ret hora eius ut transiretur ex hoc mundo ad
patrẽ in mortem raptus est et ceteri per ipsũ
discrimen sunt a discrimine liberati Sic uero
solicitabant ducem istũ qui dixit hesr. dicõ
quarto Libera nos de manu iniquorũ ꝛ erue
me a timore meo ꝛc.

SIO MIHI IN DEũ protectorẽ ꝛc. hic petit sue salus
cõnis modũ ꝛ quantũ ad hoc scí
endũ q̃ dupliciter habem⁹ nos
in periculis uno modo fortiter ipsis resistẽdo
ꝛ quantũ ad hoc dicit Esto mihi scz malis p
sumptibus resistenti in deum protectorem.
Alio modo ipsa declinando ꝛ quantũ ad hoc
petit xpistus ut deus pater sit sibi in domuꝫ
refugii. ut scz refugientem recipiat et ideo ad
dit ¶ Et saluum me facias. Alio modo po
test exponi in persona fidelis. qui et pugnat
contra uitia quando temptacõnes insurgunt
propter qd̃ petit deum fore sibi protectorem
insuper et fugit quomodo occasiones predicã
di ueniat et iõ petit dñm fore sibi in domũ re
fugii Est aũt hec fuga gloriosa uictoria Am
bro. li. de fuga seculi psequũtur nos peccõres il
licebre psequitur libido sed tu fuge tanquam
simosã vnãm que sibi cõprehẽdit nec die nec
nocte requiescere sunt Esurit agitat incẽdit fu
ge auaritiã ne te inuenis comprehendat ꝛc ,

glosa enim hec fuga fugere a facie peccati hec
Ambro. iõ iohã. x. ¶ Alienũ non sequũt sꝫ
fugiunt ab eo sic aũt fugiẽtes ad xpm conũ
tanquã ad tutũ refugiũ plinius libro octauo.
dicit q̃ ceruus urgente ui canũ ultro cõfugit
ad hominẽ et ipiendo nimis cauet semitas
certas humanis uestigiis quã uestigiis ferarũ
optunas .i. ubi habent optuũ accessum sic et
nobis faciendũ ẽ nã urget uis canũ infirmaliũ
qñ temptacõ insurgit q̃ solet cõtingere occa
sione precandi data et iõ ad hominẽ illũ stati
fugiendũ est qui se ipsũ filiũ hois nominauit
nulli ei magis rõ hois cõpetit cũ homo sit et
animal rõnale et naturaliter mansuetũ can. oc
tauo fuge dilecte mi et assimulare capere hu
milimo qꝫ ceruoũ signanter uero dicit in do
mũ refugii .nã domus refugii est templũ dñi
consecratũ hꝫ ei preuilegiũ emunitatis ut qs
quis reus ad ipsũ confugerit sit in punis quã
diu ibidẽ moratur Multo magis xps in quo
est templũ illud de iohan. ii. hoc aũt dicebat
de templo corpis sui est talis domus hoc eni
est templũ q̃ ipsũqꝫ spus sanctus cosecrauit
iuc. i. ¶ Spa sanctus superueniat in te ꝛc. iõ
qꝫ qd̃ nascetur ex te sanctũ ꝛc. Ad ipsũ ergo
fugiamus ut ipunitatẽ consequamur nichil h⁹
etiã solũ sed etiã ibidẽ teneamus nos nec ul
lis blãditiis uel promissus enocentur ps. Qui
habitat in adiutorio altissimi in protectõe dei ꝛc.

CONFORTABO TE do mea ꝛc. hic ostendit tante fi
ducie causã est aũt hec fiducia in
membris xpi ex tribus uꝫ ex diuiã
potentia de qua ibi Ego aũt in vño ꝛc. prima
pars in duas partes qz primo ostenditur quõ
potentia dei nos adiuuat. secundo ps in per
sona dei xpisti sue potentie patris recommen
dat ibi ¶ In manus tuas domine ꝛc. primo
oñditur uero quõ diua potentia iuuat pugnã
tes scõo quõ iuuat itinerantes ibi. Et propter
nomen tuũ ꝛ quantũ ad primũ dicit. qm̃ for
titudo mea scz ad bonũ opandũ ꝛ refugium
meũ ad malũ uitandũ es tu suple iõ in te do
mine spaui. istis aũt duobus scz opacõe boni
et declinacõne mali in pugnando hostibus tri
umphamus ps. ¶ Diligã te dñe fortitudo
mea dñs firmamentum meum et refugium
meũ signanter uero dicitur dñs fortitudo me
a dicit ei Albertus xii. de animalibus q̃ utilitas

communi constiterat in defencõe ꝙ hoc melius sit
Quarto communia animalium sunt in capite sic ꝙ
ceteres nostre utiles sunt nobis quatenus p eas
defendimus cũ defencõ nostra optime fit per
xpistum qui est caput nostrum ꝙ iõ in xpis
tum debuit potissime fortitudo virium nostra
rum poni Job nono .s. fortitudo quercus no
bilissimus est ideo ysa. duodecimo .Fortitu
do mea ꝙ laus mea dominus .deinde ostendi
tur quomodo iuuat itinerantes cũ dicitur Et
propter nomen tuum ꝛc . ꝙ tangitur triplex
sumamentũ qz sez regit in dubiis ꝙ subuenit
necessariis ꝙ erint ab inferis quantum ad pri
mum dicit propter nomen tuum id est fi lium
tuum qui te ubiqz manifestauit deduces me a
me sez errem in dubiis dicit enim Ambrosius.
in exameron. omen .i. ꝙ si quis mersus in a
quis oleum ex ore suo emiserit clarius facit
que prius in aquis occulta fuerunt .Et hec est
causa quare descendentes in profundum ma
ris oleum emittũt ex ore ut in aquis uideant
Sic ꝙ nos in aquis maris huius mundi salicz
qua sunt dubia ꝙ obscura emittamus oleũ ex
ore inuocantes nomen xpi de quo can.i°.oleũ
effusum nomen tuum . ꝙ omnia clarescunt
ut uiam rectam uidere possumus ps. Deduc
it me super semitem iustitie propter nomen
suum . Quantum ad secundum dicit ꝙ enu
meries me dicit ei phũs .i°. xcon ꝙ ad ma
tres pertinet filios nutrire ad patres uero ,fili
os castigare xpũs enim ostendit nobis non so
lum affectum patris propter quod delinquen
tes filios castigat sed etiam matris i°. Re. i°.
Sicut mater unicum diligit fil um ita te dili
gebam . ꝙ ideo suscepit nos nutriendos osa .
undecimo .Ego quasi nutricius effin . Et est
aduertendum ꝙ duplici nutrimento conuei
enti spualiter nos nutrit uz pane pnie ꝙ pane
eukaristie Et racõ est qz omne conceptum ꝺi
get duplici nutrimento uz innato ꝙ attracto.
sicut patet in seminibus plantarum. nam pri
mo nutritur planta nutrimento qđ est in se
sicut etiam pullus primo nutritur nutrimẽto
qđ est infra ouũ deinde attrahit sibi nutrimen
tũ aliud sic in proposito Nam panis pnie est
quasi cibus nobis innatus siue respiciam9 ad
originem naturalẽ seu spualem Tã quãtũ ad
primum ad origen. ꝙ natiuitatẽ naturalem .
dicitur sap.septimo primam uocem similem
omnibus emisi plorans quantũ uero ad origi
nem spualem dicitur Job.3°.Nisi quis re
natus fuerit ex aqua ꝙ spũ sancto ꝛc.ꝙ iõ nu
trimentum aquarum est quasi nobis innatum
ps. Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac
nocte secundum uite nutrimentum qđ iã com
plete nati nobis attrahimus sicut enim pueri
nati lac attrahunt ꝙ sugunt sic ꝙ nos cibum
istum et est nutrimentum congruũ qz sicut di
cit Auicenna .i°.canoñ. omnibus modis qui
bus est possibile lac matris infanti ad sugẽdũ
dandum est ipsum namz est nutriens qđ ma
gis simile existit nutrimento quo alebat
in uentre .sic in proposito nam mater nostra
xpistus lac prouexit ex suo latere uz sangui
nem suum dulcissimum de quo ysa vi. ubi lit
tera cõmunis habet Filie tue de latere surgẽt
Alia lra habet Filie tue lac sugent ꝙ ideo nu
trimentũ nullum est pro statu isto quo infan
tes sumus conuenientius quã lac ipsum .i. pec.
secdo Quasi modo geniti infantes lac concupis
cite ꝙ racõ est qz similium est primo nutriẽdo
sez cibo pnie . Nam in lacte isto continet to
ta uirtus pene xpisti quam pro nobis sustinu
it Igitur iuxta consilium ps. ¶ Jacta co
gitatum tuum in domino et ipse te enutriet ꝛc.

DUCES me de laqueo
ꝛc. hic ostenditur in iuuamẽtũ in uia
qua sez deus erunt ab insidiis ꝙ po
test cõpetere xpisto ut dicat xps
deo patri Educes me de laqueo hoc .i. de la
queo mortis quem absconderunt mihi sez p
dicõne agentes ꝙ falsis testibus utentes Quã
tu es protector meus nel potest cõpetere fide
li iusto est enim triplex laqueus dyaboli quez
nobis abscondit ꝙ a quo deus nos educit uz
superbie ꝙ auaritie ꝙ luxurie uix aliquis trãsit
non aliqualiter captus et in omnibus dolose
agitur .primus enim laqueus est superbie quo
ꝙ dyabolus ipse captus est ꝙ seipsum illaqueã
do nos ad sui imitacõnem allicit .dicit Alber
tus li.vii.de animalibus allegans auicennam qđ
est auis quã antiqui uocant ortoz que solet ca
pi quando accidit sez directe contra auẽ se po
nit ꝙ laqueũ sibi iponit tunc ei auis imitãs il
luo qđ uidet ipoit sibi laqueũ eucuze sic i ꝓ
posito qz dyaboli facto hoc imitãt qđ ꝙ li
bẽter faciũt itanti ꝙ iõ captiũt ps. absconderũt
mihi itericũ laquei sui ꝙ alibi abscõderũt superbi
laqueũ mihi scãouero laqueos .s. auaritie nobis

abscondit vicit pfidonus duodecimo ethō
q̄ serastes serpens victus est eo q̄ in capite
cornua habet similia arietum sic araste aut
grece cornua vocantur hiis aūt cornibus ani
lia solicitat et seducit nam totū corpus regit
arenis cornua vero solū ostendit velud escam
quandam et ut cautius seducat totum corpus
suū iuest prauam intencōnem arenis tegit se
pientie. septimo. omne aurum in cōparatōne
eius arena est exigua ⁊ tanquā cōparabitur.
Teli luto et tali arena tegitur. quia per istas
suarns execcatur ut serpentem non uideat lati
tantem ⁊ ideo ex iopinato rapitur iste est la
queus quo iudas se suspendit. i. thim. vi.
¶ Qui uolunt dites fieri incidunt in temptaci
onem ⁊ in laqueum dyaboli. Tertius laque
us est luxurie qui etiam nobis absconditur di
cit Auicenna de animalibus q̄ in mora. scz
palude absondunt se multa animalia pis
cibus notius ⁊ in ipso ceno latitant per astu
tiam ut pisces superuenientes cōmendant sic
spūs luxurie fraudez parat Nam in ipso ceno
voluptatis carnalis de quo sapientie decimo qui
to. ¶ Luto uilior uitta cinus absconsit se
ut deuoret transeuntes. unde iste est laque
us quo ligatus erat sapson fortis seo non pru
dens Judicū. xvi. uinxit eum latentibus apud
se. in sidiis sed tamen isti sunt stolidiores quia
sicut dicit phūs quarto de animalibus Si uas
uenaticum fuerit sordidum non intrat in ipsū
pisces nullum enim uas sordidius corpe me
retricis eccle. nono. ¶ Omnis mulier que
fornicaria idest sterons in uita conculcabitur
Igitur fetuissimi sunt qui sic capiuntur. ec
cle. septimo Inueni amariorem morte mulie
rem quem laqueus uenatorum est sagena cor
eius uincula sunt manus eius qui placet deo
effugiet qui aut peccator est capietur ab illa.

IN MANUS TUAS

Domine commendo spm̄ meū
⁊ cetera. hic p̄s. in persona
xp̄i se patris potencie recomē
dat q̄ enim prima pars huius uersus xpris
to cōpetat patet q̄ xpristus istud principium
dixit quādo spm̄ patri tradidit sicut habetur
luce xxiii. iquiens In manus tuas domine co
mendo sp m̄ meū et p̄t dupliciter intelligi.
Uno modo sic q̄ spm̄ comendauit in manu
dei patris ut ipsum protegeret Alio modo q̄
spm̄ sanctum patri comendauit tanquam pre
tium qđ pro nobis solueret q̄ rocirco deus
pater acceptauit q̄ sicut dicit p̄s. Non est in
spū eius dolus. dicit enim pyrrhus ethi
mo. q̄ in nūmismate tria requiruntur metal
lum figura pondus et ex hiis aliud defuerit
nūmisma non erit cōstat aut nūmus iste quez
ipse pro nobis tradidit habuit metallū puriss
imū igne caritatis in cāino uteri uirginalis dili
genter examinat de quo cāino habet p̄s. 3i.
Dixit dñs cuius ignis est in syon ⁊ caminus
in iherusalē ⁊ ideo ipse fuit argentū examinatum
purgatū terre purgatū septuplū habuit ⁊ figu
rā debitā exp̄ssiue hebre. i. cū sit splendor glo
rie ⁊ figura substāe eius de pōdere uero iustitie
si ē crucē cū nā positus i stateris crucis i profun
dissimū descēdit et q̄ totū genus humānū pōdus
nimis graue usq; ad celos exaltauit prouer.
spm̄ tuū ponderatorū ē dñs et iō fuit minus
iste merito acceptandus tanquā sufficiens et
plus quā sufficiens pretiū. puer. xvii. preciosi
spūs uir eruditus. Alio mō pōt ista ps uersus
cōpetere cuilibet fideli qui deo comēdat spm̄
suū tanquā quoddā depositū custodiendū sic
uult facit qui pericula huius mūdi formidat et
de deo confidit dicit ei phūs li. de ypoleu. qđ
uerus depoit nisi apud eū de quo confidit con
fidentia aut de ptāte ⁊ defidelitate sic ⁊ uera
sancti. ii. thim̄. i. scio cui credidi ⁊ certus sū
q̄ ptās est depositū meū seruare in illū diem
uel comendant in manus xpristi spm̄ suum
tanquam quoddā munus recōpensacōnis ut
sicut xpristus preciosissimū spm̄ sanctum suū
pro nobis tradidit sic ⁊ nos in recopensacōem
aqualem qđ in nobis preciosus est sibi offer
re debemus quamuis hoc sit valde modicum
ad tot et ad tanta debita quibus obligamur
sibi et tanquam creatori et tanquam redemp
tori unde bern. in sermone de debito ādu
plici Ego dñe uim patior respondē pro me in
manus tuas comēdo inimicum meum tu pez
absolue omnibus tu ab omnibus libera q̄ tu
es deus et non homo qđ habui feci dñe habe
me excusatū q̄ imperfectum meum uiderunt
oculi tui hec bernhar. Constat quod habes
nos excusatos et minus acceptat Si hoc faci
amus psalmista ¶ Sacrificium deo spūs con
tribulatus cor contritū ⁊ humiliatum deus non

dispitries .Redemisti me domine ⁊c. hic agi
tur de diua iusticia que etiã siouciam nobis
tribuit ⁊ patet iste iusticie maxime in redemp
cõne q; xpistus non solũ per potentiam . sed
secundũ iusticiam nos liberauit a miserabili
seruitute omnes redimens secundũ sufficientia
am licet non solum secundum efficientiam .
unde primo ostendit quomodo se habet diua
iusticia erga bonos .secundo erga malos ibi
odisti ⁊c. Quantum ad primum. ergo dicit
Redimisti me sed electum tuum . non solum
sufficienter sed efficienter Domine deus veritas
tis ⁊ iusticie bernbardus in sermone quodam
qui incipit sic . ¶ Porrõ mea domine dixi .
⁊c. Multos filios fecit unicus filius emit fra
tres sanguine suo delexit inimicos probauit
reprobatos redemit malos bonauit iustos
uiuificauit ipsos mortuos est innocens
pro nobis tale fuit commercium quo reduxit
de exilio quo redemit de seruitõ hec bernhar
dus Apoc. quinto Redemisti nos deo in sãgui
ne tuo .

DISTI OBSERCIA

teo uanitates ⁊c . hic ostendit quomodo se habet diuina
iustitia ad malos .nam illos
non redemit a morte sed pu
nit mortem ⁊ ideo dicit odisti scz effectu ⁊ af
fectu . quia nihil odisti eorum que fecisti Et
ideo solum dicitur odire propter effectum pe
ne exterminantis non castigantis nam pena cas
tigans ad iram pertinet non ad odium ⁊ sub
iungit quos odit scz . obseruantes uanitatem
super uacue Dicuntur autem obseruare uani
tatem qui oculum ⁊ intentionem cordis to
tam conuertunt in uanitatem tales autem ob
seruant non solum uacue sed superuacue secũ
dum glosam quia ⁊ pro uita male agunt ap
petudo uanitatem ⁊ cum eandem uitam per
diuit potest autem per uanitatem in proposi
to intelligi inanis gloria quam illi obseruant
qui propter homines omnia faciũt tales uero
deus odit . bernbardus uero libro de conuer
sione uanus utiqz labor qui studio uanitatis
assumitur o vota vota ait sapiens in nullis ne
moralium nihil ad quam eurũ infelicẽ uanis ⁊
tamen quantam putas infelicitatem hec ipsa
non tamen felix uanitas quam uanus uelicitas

get hunc suspicionis labor unctus huic liuoris
crudele tormentũ ⁊ criminis inuidie miserã
hoc cruciatus hec bernbardus ipse . Cle qui
tractis iniquitatem iniunctio uanitatis Alio
modo per uanitatem intelligitur generaliter
omnis prosperitas huius mundi que uere di
citur uanitas propter duo . primo qz non est
nisi somnũ quorundam sicut patet ex effectu
qz in fine eũ exciderunt fuerunt nihil inuenient di
uitis que modo eis delectant ipsi . Dormierunt
somnũ suũ ⁊ nihil inuenerũt omnes uiri di
uitiarũ ⁊c.ideo dicit Hugo in quarto de ani
malibus qõ quidam homines non somniant
donec sint magni ⁊ phũs libro quarto dicit
qz quidam non somniant nisi in senectute.
⁊ cito post mortui sũt . sic ⁊ qui primo sunt
humiles ⁊ status mediocris non somniant
isti uana sed cũ peruenerint ad statum maio
rem ex. sõniant ⁊ est in eis signũ mortis et ẽ
in proposito in rei ueritate sicut est demultis
somnijs de quibus uulgariter dicitur qz som
nia per oppositũ interpretanda sunt Sic enim
⁊ istorum somnia quibus utuntur prosperita
tem perpetuam per oppositum interpretationem
habent .Narrat ualerius libro primo de
hamilcare cartaginensium qz cum obsideret
siracusas in somno audiunt uocem sibi dicen
tem futurum esse ut proximo die in siracusis
cenaret ille uero letus errans sibi promissam
uictoriam exercitum suum ad pugnam coap
tauit . Sed orta discencõne inter castra ipsius
siracusanis uirupta similiter faceret eripcõne
subita ⁊ siracusani ipsũ uictum intra sua mea
nia transierunt ubi cenauit non uictor sed uictus.
Sic ⁊ deludit homines mundus qui in somp
nijs suis confidunt promittit enim eis diuici
as ⁊ honores ⁊ ipsi credũt se ex hoc futuros fe
lices ⁊ iocundos cuz tamen reddant homines
miseros ⁊ captiuos Ecclesiastice tricesimo ter
tio ¶ Vana spes ⁊ mendacium in sensato uiro .secundo quia non est nisi tela aranie que
uanissima res estimatur bernbardus in sermone
qui incipit sic Exite populus meus ⁊c. dicit sic
quia facit aranea nisi uiscera sua consumit ut
faciat telam ⁊ subito multo tanto labore cõtracto
capiat unicam predam ⁊ similiter homines hu
ius mũdi corpa consumunt laborando p mul
to periculo cumulo in unicis meretricem acqui
rendo hec bern.ps. Tabescere me fecisti sicut
aranearum animam eius inimicum. unde qui

turbat ꝙ eccle. scdo. Cũq; conuertissem me ad uniuersa opera que fecerũt mee ꝛc̃. Vidi quoniam in omnibus uanitatem obseruantes autem uanitatem id est potentes finem suũ in istis transitoriis deus odit primo qꝛ sũt fatui quo ad ipsos ꝙ patet qꝛ uant rem precõsam ꝙ sibi carissimam pro uilissimo precõ Ambro. libro de bono mortis. Quid inane querimus lucrũ precõse anime detrimentum exiguꝰ emi totus mundus pro unius anime dispendio qd enim proderit homini si hunc mundum lucretur anime uero detrimenta paciat̃ non auro redimuntur non argento imo auro amittit̃ hec Ambrosius necñ. 3. ¶ In uanitate seducti sumus secũdo quia sũt nociui quo ad proximos conturbant ꝙ in quietant. philosophus libro de problematibus dicit ꝙ nocte maior serenitas est quam in die Raconem assignant quia solis uenti ꝙ turbacõnis causa est. sic in proposito maior tranquillitas est in ũbra paupertatis quam in claritate ꝙ gloria dicarum ꝙ huius causa est sol uanitatis de quo ecclesiastice. primo Vidi cuncta que sunt sub celo. ꝙ ecce uniuersa uanitas Isti enim sol conturbat ꝙ in quietat. quia dolis ꝙ fraudibus omnia cõmouet psalmista. Viri filii hominũ ut decipiant i uanitate in idipsũ ꝛc̃.

EGO AUTEM IN domino sperani et cetera. Hic tangit̃ tertium unde oritur nostra fiducia dine misericordia ꝙ primo tangit̃ fiducia et misericordie concepta. Secũdo tangitur illius concepcõnis causa ibi Quoniam respexisti ꝙ cetera. Primo uero tangit̃ spes concepta et misericordia. secũdo concepta et eadez letitia. quantum ad primum dicit. ¶ Ego autem in domino speraui ꝙ cetera. id est firmam fiduciam habui in domino in quo sperãdum est in nostris infirmitatibz gregorius omel. nono super ezechielem. Non nos nostrorum uulnerum multitudo in dispacionẽ deprimat quia maior est potentia medici quam magnitudo langoris nostri hec grego. In eo autem sperandum est in cunctis aduersitatibus unde dicit hec glosa Si speras in pecunia uel i honore uel sublimitate aliqua humane potestatis siue in amico potente obseruas uana ideo ait speraui in domino qui non est xpristianitas. sed ueritas ꝙ uita hec glosa. Narrat in li. de uita philosophorum. ꝙ solũmodo unus de septem sapientibus cum uideret athenas ciuitatem sam. eidem tyranno subici asse tyranno subiicientibus recessit ꝙ sibi habitauit interrogatus cui sub illo manere uellet qui multum ei bonoris conferre paratus erat Respondit magni ꝙ uirtuosi similes sunt calculis quorum unusquisq; quidem plane sigãt quandoq; uero pauciora. Sic uero tyranni quandoq; magnum ꝙ clarum · quandoq; uero honore caritatem ducunt uirtuosum Reuera sic est cõmuniter de omnibus potentibus seculi · Et ideo multus bonus debet in ipsis sperare. qꝛ fatui sunt qui uero faciunt ecclesiastice tricesimo quarto uana spes ꝙ mendatiũ insensato uiro. Exultabo ꝙ cetera · hic tangit gaudium et misericordie ortum dicit. et cetera. ¶ Exultabo ꝙ letabor in misericordia tua. Discinguit enim gloriam inter exultacõnem ꝙ letitiam. quia exultare est cũ magna alacritate animi gaudere. letare est temperata affectõue gaudere. Et ideo letare debemus in diuina misericordia que nobis mala p̃sentia aufert ꝙ exultare. quia bona eterna nobis confert uel letare debemus quando nobis misericordia relaxat penam. Exultare uero. quia relaxat culpam hec enim multo magis. Anselmus in quadam oracõne Consolacõ se curitatis letitia nolo uos renuo uos nisi peccati uenia reduxerit uos sol 3. Pax xpi exultet in cordibus uestris.

QONIAM RESPEXISTI humilitatem ꝛc̃. hic ostendit prie dicte fiducie cãm. cã uero ẽ multiplicitas bñficiorꝫ que dina misericordia nobis prestat. tangit hic tertia bñficia scõm tres hostes uz dyabolũ carnẽ ꝙ mundũ a quibus deus liberat scõm tangit̃ ibi. Saluasti me de angustiatibus ꝙ tertiũ ibi Nec cõclusisti ꝛc̃. quantũ ad primũ uero dicit. Qm̃ respexisti humilitatẽ meã p humilitatẽ quã deus approbat dyabolus cõfundit̃ ꝙ hõ a dyabolo liberatur ꝙ signanter dico p humilitatẽ quã deus respicit. i. appropriat qꝛ uera humilitas est i corde ficta aũt põt esse solũ exterius in signo scõm illud puer. xix. Est qui nequit̃ se humiliat ꝙ interiora eius plena sũt dolo. primã uero humilitatẽ tm̃ deus approbat qd sine ea nihil est. qd accipit bernhar. in sermone qui incipit sic

uitoi doine ⁊ cetera assurens illi uerbo ꝑa. sex
to . ¶ Ea que sub celo erant replebant tem
plum dicit sic . Qualem putas uitam est
homini in uenire qui repudiari locū angeli sor
ciatur plane i numĕ ab omni iniquitate ſz ab
ea maxime que in ppō quoq; angelo non ad
leuem offensam non ad momentaneā . iam
inuenta est sicut aliud ouium sempiternum ?
Sola placet humilitas siue homine siue in an
gelo ⁊ qui sedet i trono solos eligit subditos
ex quibus repleat templum hec bernhardus .
ꝑſ. humilia respicit in celo ⁊ in terra deinde
tangit secundum bñficium qđ est liberacō a se
cundo hoste i.est carne cum dicit de necessi
tatibus ⁊c. Nam per necessitates in proposito
possunt intelligi primi motus qui ex necessita
te carnis oriuntur bernharous in engolio spō
si Sicut pilus in carnem radicem figit . sed
excrescendo carnem excedit ita carnis motus
de necessitate oritur sed excrescendo in uolupta
tē usq; profluit hec bernharous ió bñ potest
dici . saluasti de necessitatibus animam meam
Cum primos motus istos sic reprimit q̄ licz
ex carne ipsam tantum animam ad offensam
non inclinant ut melius hoc fiat oportet, face
re sicut narrat ualerius nono de senensunde .
regina assiriorum Nam cum ipsa certa cultuz
capitis esset occupata ⁊ nūciat . sibi foret babi
loniam rebellare mox altera parte crimini ad
hec soluta ad eam expugnandam cucurrit nec
prius decorem capillorum in oroine quam tan
dem citatem i potestates redegit sic faciendū
est ipsi anime nec ipsa certa circulum capitis
ocupatur quia minus utilibus ⁊ necessariis item
dit babulonis uero interpretatur confusio est
ipsa caro que rebellat quando cogitacōnes
confusibiles suggerit statim uero relictis unus
utilibus ad expugnacōnem ipsius carnis ē cur
rendum ut subito ⁊ in prouiso obruatur sapi
entie decimo octauo . sperans homo sine que
rela ⁊c. restitit ire ⁊ finem in.posuit , necessita
ti . Potest autem uersus iste secundum intel
lectum aptari singulariter beate uirgini i quo
notatur ipsius duplex perfectō subiectō uz ip
sius ad dm̄ ⁊ sui corporis ad spm̄ . prima fu
it meritoria . secunda preparatoria prima nota
tur in respectu dicit approbacōne humilitatis
cum dicitur . quoniam respexisti humilitatē
meam merebatur aūe per humilitatem tertia
uz q̄ dicit fecunditate prestantissima carnis

ferentissima dignitate eminentissima meruit
autem fecundissimam prestantissimam per hu
militatem . quia uallis sunt montibus fecun
diores ꝑſ. uallis habundabunt frumento sic
⁊ ista per humilitatem uallis effecta illo mon
frumento ipleta est de quo Johan. xxiii .
¶ Nisi granum frumenti cadens ⁊c . ber
narous in sermone de sancto benedicto uallez
elige ad plantandum neque enim montana ele
gimus ad plantandum pomeria . quia arenosa
solent esse loca illa uppetrosa in uallibus pin
guedo est ibi proficiunt plante . ibi bonum nas
citur granum ⁊c. ubiq; uallis laudatur ubiq;
humilitas predicatur hec bernhardus . Cause
uero quare uallis est fecundior est . quia ibi ē
irrigacō uberior . Sic in humilitate aquarum
celestium decursus capacior ⁊ bernhardus ubi
supra ibi sunt decursus aquarum profecto in
ualibus . quia inter medium montium petran
sibunt aque quia enim non uoluit cum ad mō
tes uenerit declinare ab eis ⁊ ad humilitatem
uallis diuertere . Sic in proposito est . quia
deus superbis resistit humilibus dat gratiam
hec bernhardus . Secundo dico q̄ propter
humilitatem ipsa est caritate feruencior . sicut
enim probatur libro de speculis ex speculo con
cauo accenditur ignis in sui centro . i. medio
⁊ hoc propter congregacōnem radiorum sola
rium in puncto illo . ⁊ eorum reflectione ad
medium . Non sic autem speculum connexi
um i.est gibbosum . quia radii non sic con
gregantur . sed potius disgregantur . Sic in
proposito . Nam speculum est mens huma
na quo ueritatem speculamur infra . xxv. de
cimo tertio . Uidemus nunc per speculum .
seu speculum connexum i.est gibbosum . est
cor elatum ⁊ timidum in cuius medio nec ig
nis nec calor accenduntur . primo potius la
bor in medio eius ⁊ in iustitia . Secundum
psalmistam . Speculum uero concauum est
cor in humilitate depressum ⁊ profundatum
in cuius medio necesse est ignem accendi .
¶ Nam radii solares sunt dona spiritus sāc
ti ⁊ distinctōnes gratiarum seu dona uirtutū
Jac . primo . ¶ Omne donum optimum
Et omne datum perfectum desursum est de
scendens a patre luminum . Isti uero radii
congregantur in medio huius speculi . Pro
uerbiorum quarto . Custodi ea in medio cor
dis tui ⁊ Quia quanto fuerit hoc speculum

magis concauū tanto plures radii congregan
tur ideus aūt uirginis huius erat concauitas
tis maxime . iceſt humilitatis profundiſſi
me . Et ideo ibi potiſſime fuerunt iſti .
radii congregati . Jeronimus . in ſermone
de aſſumptōne ſi diligentius aſpicias nihil uir
tutis uel ſpe conſtitutis nihil candoris ꝙ gloie
qō ex eo non reſplendebat hec iero . et fulgor
tus coruſcabant foris in ſuperfitie ſermonis ꝙ
actus . Unde merito poſſunt homines lau
dare dominum . ꝙ exemplo ſalutis accipe
re tante aūt congregacō neccārio ignem habu
it producere feruentiſſime caritatis fuit etiaz
ad huc alii radii ſolis iuſticie . uz uerba legis
dei prouer. ſexto . Mandatū lucernam ꝙ lex
lux qui in medio huius ſpeculi fuerant congre
gati unde ꝙ ſicut dicitur luce .i. Mane aūt
conſeruabat omnia uerba hec conferens i cor
de ſuo ꝙ etiam iſti radii ignem predictum ue
hementiſſime excitabāt pī. ¶ Ignitū eloqui
um tuum uehementer inde iero. ubi ſua pu
to ꝙ quicquid cordis eſt quicquid mentis qc
quid uirtutis humane ſi totū adhibas non ſuf
ficiet ut cogitare ualeas quāto inteſinent' ar
debatur ardore pii amoris dum reuolueret ai
mo cuncta ꝙ audierat hec iero. in cuius aitari
ueteris teſtamenti concauū erat ad recidēdū
ignem ſic hētur exo. xxvii. qr ecclē. tertio mag
na ē potentia dei ſolius ꝙ ab humilibus honō
ratur ꝙ fuit propter humilitatem et eſt dig
nitate eminentiſſima dicit enim iero. ſuper il
lud oſe. decimo quarto Erūpet radix eius ut
libani qō arbores libani quāto figunt radices
in profundum tantum in altum exſurgunt in
mmis ſic in propoſito Nam libanus candor i
terpretatur ꝙ ideo iſtis fuit arbor libani . qui
uirginalis candoris que quia profundiſſime in
humilitate radices figeret in maximam altitu
dinem exſureret eccle. xxiiii. ¶ Quaſi cedrus
exaltata ſum in libano bernbardus in quodaz
ſermone de aduentu o uirgo uirgo ſublimus
ad quantam celſitudinem uerticem tuum eri
gis uſque ad ſedentem in trono uſqz ad do
minum maieſtatis O uere celeſtis planta pre
cioſior cunctis ſenciot uniuerſis O uere lignū
uite qō ſolum dignum fuit portare fructū ſa
lutis hec bern. ezechielis decimo ſeptimo .
¶ Exaltaui lignum humilem patet ergo ue
ritas ipſius qō ipſe dicit luce .i. Quia reſpexit
humilitatem ancille ſue ecce enim ex hoc bea
tam me dicent ꝛc. ſcdo uero ſubiecco ſue car
nis ad ſpm patet in excluſione ueritatis cum
dicitur ¶ Saluaſti de neceſſitatibus animam
meam ipſius enim anima ſingulariter ſaluata
fuit de predictis neceſſitatibus . iceſt primis
motibus ſeu inclinacōnibus ad peccandum .
quia in ipſo p primam ſanctificacōem fuit fo
mes ligatus ꝙ per ſecundam concepcōnem fi
lii omnino ſublatus ꝙ ideo predictas neceſſita
tes non ſenſit omnino propter perfectā ſub
iectōnem carnis ad ſpiritum fuit autem obie
ctio ſumme puritatis ꝙ ideo preparatoria ad
productōnem fructus ſingularis bonitatis .
quanto uero terra ſeminanda eſt meliori ſcie
tanto indiget maiori preparacōne et ideo ſpi
nis ꝙ tribulis ꝙ herbis nociuis . diligencius
emundatur ne ſemen perdatur Sic ꝙ terra il
la de qua pſ. Terra dedit fructum ſuum . qz
ſeminata erat ſemine electiſſimo de quo Ma
thei decimo tertio . Semen eſt uerbum dei .
decuit ut in ea precederet ſumma prepacō ne
in ea radix ulla aut ſpine iceſt cogitacō mun
dialis aut urtice iceſt cogitacō carnalis ſurre
xerit Jeronimus in quadam epiſtola ad nepo
cioanū uaſa limo plena liquorem puri ſui reci
pere ꝙ continere non poſſunt Ager ſpinoſus .
niſi cultoris labore fuerit extrepatus nō nutrit
in ſe ſemen iactatum ſed ſuffocat ita ꝙ animus
ſeculariū ſolicitudinum plenus illicebris . uer
bum non poteſt ſuſtinere dinum niſi prius ip
ſas mundi ſolicitudines cuiuſparūqz omniū ma
teriaſ ſuccideric hec Jeronimus ſi hoc ſit ue
rum de uerbo dei uocaliter maiore prolato
quanto magis de uerbo dei incarnato Deū.
xxv. ¶ Nec ages quiſpiam in cultive in nece
ſſitatibus . ¶ Sciendum eſt autem ꝙ alio mo
do per humilitatem ꝙ per neceſſitates .in pro
poſito intelligunt afflictōnes ꝙ miſerie uite
preſentis que neceſſario in ſtatu iſto nobis pro
ueniunt licet autem corpus uiri iuſti ſubiace
at hiis neceſſitatibus . tamen anima ſub hiis
omnino ꝙ per eas ſaluatur . dum pacienter
eas portant . Unde littera Jeronimi habet
iſtum uerſum ſic . ¶ Uidiſti afflictionem
meam . cognouiſti tribulationes animę et
cetera .

Pſalmus

me in manibus tuis. hic tangit tertiū beneficiū qđ est liberatō a tertio hoste scz mundo ⁊ tangit hic secundo que pertinent ad bñficium .uz liberatō a malo ⁊ promotō in bono quantum ad primū dicitur ¶ Nec concludisti me tuis. est permisisti me concludi manibus iuest in potestate inimici illius scz de quo Joan. decimo quinto ¶ Mundus nos odit illū autē mundus concludit cuius amorez infra limites suos tanquam infra carcerem coartant ut sola mundialia diligat dicit enim Albertus octauo de animalibus ꝙ in hiis que cōprimuntur ad unū locū in matrice sepe inuenitur monstruositas ⁊ ideo in apibus raro est monstruositas quia quilibet pullus est in loco distincto et ideo non sic cōprimuntur .sic in proposito .nā qui rebus secularibus totus est implicatus videtur ꝙ sit in utero matris inclusus .nam mater omnium uirentium terra est ⁊ ideo qui totus est immersus terre est ille de quo Joan. tertio ¶ Nunquid potest homo in uentrem matris sue iterato introire ⁊ renasci. Renascitur enī quidem in regeneratōne cum seuerit filius hominis sed mirabile monstrū. Et causa est qz in uentre matris tales munus se inuicem comprimūt qz nullus contentus loco proprio nec sufficit locus proprius nisi possit usurpare de alieno secus est de uiris iustis quibus sufficit locus proprius quantumcūqz paruus ideo de primis dici potest illud eccl. io. Concluſit eos desertum deinde tangit promotōnem in bono cū dicit. statuisti i loco spatioso pedes meos tuis. est enim ymaginatō spalmi. ꝙ quille dicitur ab aliquo concluditius. nihil est extra ipm oppositio modo est de iusto qui licet sit in hac peregrinatōe solo corpe cōstatutus cogitatione tñ ⁊ auditate in illa eterna patria conuersatus est ⁊ ideo non concluditur sed in loco spacioso constituitur qui quidem locus spatiosus est celū empineū ber. quarto ¶ O isrl quam magna est domus dei ⁊ ingens loco possessionis eius crisos. omel. supra de titū Cogita tres pueros quomō supauerūt fornacem tuis. ligati erant ⁊ cōpediti sed multo iuste nierūt intus spacōsitatem .sed non illi qui extrorsum trahant tale quidem ⁊ nic. l. noluem generose ferre eas que in ducūt temptatōnes Si in deum habuerimus spem erimus ⁊ nos in spacōsitatem qui uero in mittent nos ad ignem peribunt hec crisos. ideo dicit spalmista in persona eius qui sic adducis sustinet Statuisti in loco spacōso pedes meos idest effecisti locus ille scz beatorū locus spacōsus non propter solū amplitudinem spacii sed propter pacis magnitudinem gaudii de ipso ei dicit bern. in quodam sermone locus ille locus uoluptatis ubi torrente uoluptatis potant sancti locus splendoris ubi iusti fulgent .sicut splendor firmamenti locus habundantie ubi nihil deest timentibus eū locus iocunditatis ubi apparet dominus iocunditas uniuersis locus pacis ubi in pace factus est locus eius locus societatis ubi sociabimur cum apparuerit gloria eius hec bernar. ideo ps. ¶ Domine dilexi decorem domus tue .et locum habitationis glorie tue.

MISERERE MEI DOMINE

ne quoniam tribulor ⁊c. hic orat ps. ut motus propria necessitate et primo in generali secundo in speāli ibi Conturbatus est et ponit oōnem ⁊ eius occasionem cum dicit .Miserere mei domine quoniam tribulor et potest intelligi oratō uel in persona ecclesie uel etiam cuiuslibet fidelis ⁊ quamuis ista oratō sit breuis qz breue uerbū est miserere cū magne uirtutis Nam breuis oracō penetrat celū bernardus in quodam oracōne dicit sic nouite peccatores orantē peccatorē ⁊ uiscere qualiter orare ꝑ precatis debetis nouere quid dicit .Miserere mei deus reus enim in causam ductus considerat ꝙ iudex suus nec falli potest. quia sapiens est nec corrumpi potest. Quia iustus est nec uinci potest qz omnipotens est nec decipi potest qz ubiqz est uidet ergo nullū alio excusatōez locū esse ⁊ ideo solū misericordiam flagitandum .Miserere. O quanta est uirtus huius uerbi hec bernardus deinde cum dicit Conturbatus est in ira ⁊c. Orat ut i spetiali et primo in spetiali suas afflictōnes explicat. secundo pro ipsis amouendis spāliter orat ibi Ego aūt in te speraui ⁊c. Primo explicat earū multitudinem secūdo magnitudinē ibi ¶ Quoniam defecit ⁊c. Est aūt sciendum ꝙ ista pars sicut et prima exponitur uel de ecclesia uel de quolibet fideli de ecclesia uero dupliciter uno mō sic ꝙ per oculū intelligat

tato per ipsa sensualitas per uentrem ipse co
rohel per animam intelligitur appetitus volū
tatis ? per uentrem appetitus sensualitatis vi
dit ergo ¶ Conturbatus est in ira mea . sez
illoui qui me persequitur oculus meus ibest
appetitus ? uenter meus .i corpus ista cōtur
batus fuit turbantur timore ? dolore Alio
modo exponitur sic ꝙ per oculū intelligun
tur illi qui fulgent uerbo per animam qui pel
liūt bone conuersationis ꝙ . per uentrem au
tem hi qui sunt in gutta perfecto hos quez
ordo ponit secundum gloriā ut ab oibus gravi
tibus querantur deus . secūdo potest exponi i
psona cuiuslibet fidelis peccata preterita plā
gentes ? tanguntur hic tres i quibus est potis
sime radix triū peccatorum que omnia cōplec
tuntur auaritie superbie et luxurie Nam cupi
ditas appropriatur oculis secundū illud. Jo
hañ 1. Omne qđ est in mundo est concupiscē
tia oculorū ? concupiscentia ?c . Superbia
uero qđ peccatū est spūale anime Luxuria ue
ro seu uoluptas carnis appropriatur uentri .
Jero. uero scđo libro contra iouinianū . Cibus
carnū potus uini uentris qz futuribus semino
rū Unde ? comus siue ferere ? baco friget ſe
mus hec Jero. hic est qđ spāliter ista tria di
cit Conturbata in ira qz timet dñm sibi ꝓ pec
catis ira eñ uel pro ista tria intelliguntur rō
voluntas ? sensualitas sicut primo dictū est.
que dicit turbata in ira qua uidet sibi fratum
pro peccatis ? merito ista turbantur ex ira
dei ps. ¶ Ascendit in ira eius ? ignis similit
? anima ibest appetitus rationalis merito tur
batur qr supra amauit. maxime offendit ? tur
bat appetitū sed ira dei magnam continet a
maritudinem sepe. ¶ Cioz domini amara
ꝛc. dies illa dicit ire ? scđo turbabit animam
ps . deus i ira sua conturbabit eos similiter et
uent .i. sensualitas turbatur qz sicut phūs lib
ro problematibus timentibus uent turbatur
Ira uero dei maxime timetem nata est inqu
rere ps. ¶ Quis nouit potestatem ire tue aut
pretimore ꝛc . Alio modo potest intelligi ꝙ
ista turbantur in ira qz infestatur peccatis suis
propriis dicit Alberius secundo de animalibus
ꝙ bos similiter cum infestatur eunit ad aquam
? mergit se usqz ad os propter calorem sangz
uinis conficiendi . Sic ? peccator cum peccatis
suis recursum habere debet propter feruorem
contingendi ꝙ erunt est ad aquas puie quibz

se in mergat usqz ad os ? ut confessionem et
confessionem cōpulet ꝛc . implebit illud ps .
¶ Irascimini et nolite peccare que dicitis in
cordibus uris ?c .

CONTRISTATUS DEFECIT
in dolore ꝛc . hic ostendit affli
ctionum suarū magnitudinem
? primo ostendit sue afflictō
nis magnitudinem . secundo
ipsius defendit originem ibi ¶ Infirmata ē
?c . et potest iste uersus intelligi i persona aug
tori premiseris et tedijs huius ut dicat Quo
niam defecit in dolore uita mea ideſt uita mea
continue est in dolore usqz ad defectum ideſt
usqz ad mortem et eodem modo igemitibus
suple defecerunt . dñe autem est inter dolorem
et gemitum sicut inter causam et effectum .
Alio modo potest intelligi uersus iste i persoā
uiri iusti assiati pro peccatis suis pro quibus
dolore et gemere non desistit Jero. contra Jo
uinianū libro primo dicit ꝙ marcia catonis
cum lugeret uirū et matrone ab ea quererent
quem diu haberet luctus uultuū sit quem et
uite Sic et sponsa xpisti que sponsum suum
per peccatum amissum luget usqz ad finem lu
gere debet et donec uita sua carnalis defitiat
Job primo Replebo usqz ad tenebras et hoc
est necessarium dicit enim phūs libro octauo
ꝙ aspidis ad conugem est amor mirabilis dē
uehemens ꝙ altero intempto . incredibilis
dilectio curam alter habet . Nam sequitur inter
fectorem et ubique cum in maxima populi
multitudine ipsū desertū oēs difficultates pro
rumpit et spacia transit nec desistit nisi aut
fuga precedeti aut aquis arceatur . Sic in pro
posito nam uiri peccatorus tam caro quā spi
ritus aspides sunt et quasi coniuges propter
naturalem inter eos copulam ? affectum Alie
uero illorum inimice qñ spūs deo imolatur
ps. ¶ Sacrificium deo spūs contribulatus et
deo cito non desistit prosequi spūs interfec
torem Jero. ad. Non est pax omni carni . sed
ubiqz et omni tempore pro suo posse infestare
et ideo nisi ipsa caro etiam fuerit mortificata
non sunt nisi duo remedia unum est fuga ue
hīs lupis contingamur non statim liberat et
racō est ut contra ipsos amplius prouocemur
sic prouocatus magis fuit petrus postquaz eū
lupus tetigerit quam ante sic etiam paulus si
dauid et multi alii ⁊ ideo nullus in hac uita
debet se reputare a dīna cura proiectum quā
tumcūqz malis primatur leuit. xxvi. Non ab
iciat uos anima mea ambulabo iter uos ⁊ ero
deus uester.

IDEO EXAUDISTI
uocem ⁊c. hic ponit suam re
leuacōnem dicens ideo qz sez
humiliatus sum ⁊ dereictus.
Exaudisti uocē oracōnis mee
qua. sez orauī pro liberacōe mea .3. Reg. xxi. non
ne uidisti achab humiliatū coram me ⁊c . qz igi
tur humiliatus est mei cā non inducā malum
in diebz eius qui alluvens grego. omel. x. sup
ezechielē dicit sic pensandū est quō ei i electis
suis meroz amaritudinis placeat qui amittere
timet deum Si sic ei ⁊ in reprobo placuit pe
nitentis qui timebat perdere presens seculuz.
hec grego in tali a ūt amaritudine sancti ad
deū tanquā ad auxiliū singulare clamāt. ideo
subiungit dum clamarem. ad te dicit hie Au
gustinus . clamor ad deum Non fit uocis .

sed corde quia multi silentes labiis corde clamauerūt multi ore stepentes corde aduerso nihil ipetrare meruerunt hec Augustī. racō huius est q; qui inter montes clamat sepe audit sibi respondere ecco. i. uoce fere consimili uoci sue sap̄. vi. Resonans te altissimo mōtibz ecco sic in proposito nam inter montes clamat qui i ualle humilitatis deum orat uel qui inter opera iustitie clamat p̄s. ¶ Justitia tua sicut montes dei. ⁊ loco talis audit sibi responderi ecco i. est uoce quasi simili sic enim clamat iustus. vicens uero libera me r̄nōdetur ego liberabo eē plū hēbat i illo leproso q dicebat saluatori nr̄o dñe si uis potes me mūdare ⁊ ille r̄ndit uolo mūdare ut p3 ibi resonat ecco ñ audit nisi finis clamoris seu uocis prime sic nec in proposito quantumcūq3 clametur ad deum nūquam tamen respondet̄ in hijs qui ad finem perueniunt finis autem iusti clamoris est uita eterna ⁊ que ad ipsā ducit ideo ad hoc solum auditur responsum Crisostmus omet̄. secundo super Math. i imperfecto non magnus clamor velociter a deo auditur sed iustus p̄s. Cum invocarem ex audiuit me deus iustitie mee.

¶ Diligite dominum omnes sancti eius ⁊c. hic p̄s. alios ad recompensacōnem diuinorū beneficiorū, inuitat ⁊ primo inuitat ut recompēsēt effectum. secundo effectum ibi uiriliter ⁊c. ⁊ q; affectus dei ad nos non recompensatur nisi affectu ideo primo inuitat nos ad eius dilcōnem. secundo subiūgit racōnem. quoniam ueritatem ⁊c. ¶ Quantum ad primum dicit diligite dominum omnes sancti eius ut sic dilectōnem dilectōne recompensetis. i. Jo. q̄rto. ¶ Nos igit̄ diligamus deum. q; ipse prior dilexit nos. bernus libro de diligendo deo. quid magnum enim tanto ⁊ a tantis recompenset̄ amori si puluis exiguus se totum ad creatorem mandum collegerit quē illa nimirū maiestas in amore preueniens tota in opus salutis eius intensa conspicit̄ deniq3 sic deus dilexit mundum ut unigenitum suum daret hec bernardus signanter autem p̄s eos quos ad dei dilectōnes inuitat sanctos uocat q; soli sancti illud mandatum implet dicitur enim scīs quasi sanguine tinctus illi autem sanguine sunt tinc ti qui se totis uulneribus crucifixi in mergunt ⁊ hii sunt qui uere spiritum diligunt dicit beatus Jeronimus primo libro contra Jouinianū q; pūchis se collocauit iuxta corpus martiris lacerati ⁊ confusio proprio pectore sanguinem suum martiris ferē infudisse uulneribus. hoc erat certum amoris indicium sic martires spiritū sanguinem suū uoluntate prompta uulneribus sui sponsi lacerati quasi infuderunt. q; sicut de ipsis canit ecclesia. gloriosi martires sanguinem suum fuderunt pro domino q; mauerunt spiritum in uita mistari sunt cum i morte sua ⁊ nos similiter si sponsum nostrum diligimus ⁊ hoc certitudinaliter probare uolumus colletemus nos saltem de nocēne mentis iuxta corpus eius laceratum conforemus pectus nostrum doloris uel amoris gladio et sanguinē nostrum fuerit totam nostram ⁊ animam leuit̄ p̄ vii. anime carnis in sanguine ē effundamus seu infundamus in uulnera sponsi nostri ut dicere quilibet non solum effundi in me animam meam sed potius in te ⁊ uerisimile est̄ de anima nostra illuc prouer. duodecimo ¶ Mulier diligens corona est uiro suo. ⁊ illud can. scdo. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi deinde subiungit prece iuitacōnis racōez ⁊ tangit duplicē causam uz remuneracōnem bonorum dicens. quoniam ueritatem requiret dominus scz in iudicio ad remunerandum ueritatem scz uite ⁊ iustitie que non est sine dei dilectōne ⁊ poenōnem malorum cum subiungit Et retribuet habundanter facientibus superbiam p̄s. ¶ Rete retribulacōnem superbis potest autem li habundanter in proposito uel referri ad participium sequens ut sit sensus retribuet hijs qui faciūt habundanter superbiam ⁊ sic exponit glosa. uel ad uerbum precedens ⁊ significat̄ q; eorum retribucō erit habundans q; scz pena eterna primus tamen sensus est planior secundum litteram Jeronimi que sicut habet Retribuet hijs qui satis operātur superbiam satis uero operantur uel habundanter operantur superbiam qui in fine uite superbiūt Job decimo quinto. ¶ Cunctis operibus suis superbit ipius.

Cersus.

IRRITER AGE ET confortetur ⁊c. hic inuitat nos . ps ad recompensandum bñficiorū effectum sicut enim effectus bñ facientis recompensandus est affectu sic⁹ effectus affectu unde ⁊ grego. probō dilcōnis ex hicō est opis ⁊ ideo sicut deus suum dilcōem probauit ope sic ⁊ nos nostram probare debemus unde inuitat ps. ad duo ex ad strenuam operacōnem ⁊ ad talis operacōnis continuacōnē quantum ad primū Cirriliter age idest sicut decet uiros non sicut faciūt pueri uel mulieres qui nihil strenue agūt dicit grego . in omel. de pentecoste amor dei nūquam est ociosus operatur enim magis si est si aūt operari renuerit amor non est qō intelligendū est de amore qui est uera caritas⁹. nam caritas dicit amorem ferentem quo sez quis est carus alteri phūs libro de probleumatibus dicit q⁹ calor est maior uel minor secundum diuersitatē materie in qua saluat Unde in materia infirmiori est infirmior ⁊ fortiori fortior sicut enim ignis arūdinens imbecillior ligneo . sic est de amore dei Nam in aliquibus est sicut i materia imbecilli sicut in hiis qui sunt quasi pueri uel mulieres moribus ⁊ in istis est quasi ignis arūdinens qui modicam operacōnem habet . unde ⁊ tales arūdies uocant Math . undecimo Quid ex istis inuesertum uidere arūdinē dento agitatam In hiis uero qui sunt moribz uiriles est ignis iste fortis operacōnis⁹. ps. Ex specta dominū uiriliter age . unde inuitat ad strenue operacōnis continuacōnem cū subiūgit . Et confortet cor uestrū omēs qui speratis in domino idest . qui de retribucōne dñi confidit duo enim sūt que nos confortare debent sez retribucōnis certitudo unde scūdus phūs interrogatus quid est qō , non sinit hominem lapsū fieri . respondit lucrum sed in bene operando multum lucramur gen decimo quinto. Merces tua magna nimis ⁊ per consequens bene facientes non debem⁹ lassari ps. xxxv. Pusillanimes confortamini ⁊c. deus ipse uenier ⁊ saluabit uos. secūdū est diuine dilcōnis magnitudo dicit enī bernhardus libro de conuersione ad clericos sic nil credentibus ipossibile nil amantibus difficile nil asperum mitibus nil humilibus arduū reperitur quibus ⁊ gratia fert auxiliū ⁊ obediendi deuocō leuit imperiū hec bern. prima pars

xxviii . Cirriliter age ⁊ confortare ⁊ fac ne timeas ⁊ ne paueas dominus enim deus meus tecum erit donec perfitias omne opus ministerii domus dei ;

Intellectus Dauid . dauid in proposito penitentis personam in se excipit ⁊ ideo intellectus dauid in proposito non est nisi intellectus quē habere debet penitens ad hoc qō remissionē finalem consequatur de quo instruitur penitēs in hoc ps. textus Jero. hz eruditō dauid .

EATI QUORUM

remisse sunt iniquitates ⁊c. ps. iste est ps . penitentialis in primo autem psalmo penitentiali agēs de penitētia principaliter tractauit de contricōne unde et ibi dicit Laboraui in gemitu In isto uero agit de confessione ut infra patebit qz uero finis psalmorum penitentialium est remissio peccatorū ideo ps. ille diuiditur in tria nam primo hēt finem ad quem peccatoribus est tenendū commendat secundo media quibus attingatur demonstrat ibi . Quoniam tacui ⁊c. Tercō peccatores ad finem inuitat ibi. Nolite fieri ⁊c. primo uero remissionem peccatorum laudat . secundo ostendit cui cōpetat ibi Nec est ispū et q̄ntū ad primū uero tāgit duo secūdū duo que ex parte peccatoris consequūtur . uz informitas culpe ⁊ reatus pene . unde cōmendat peccati remissionē q̄ntū ad utrūqz secūdū ibi beatus uir cui ⁊c. ex deformitate autē actus culpabilis oritur duplex macula . una que est in re ⁊ est substraccō gracie . Alia que est magis in ratōne secundum quam . anima dicitur in preterito peccasse . prima uero omnino per collacōnem gracie tollitur secūda uero tolli nequit sed tamen ne in decentē animam redeat tegitur ideo quantuz ad primū dicit . Beati quorum remisse sunt iniquitates remittitur peccatū quando deus offensaz remittit et hoc est quando recipit eum in gratiā suā iō remissio fit per collacōem grē quantū ad scām dicit . ⁊ quoz tecta sūt pccā est ei duplex tegimātū necār iū uz unū positiuū ⁊ aliud priuatiuū . nā ille qui peccat uolūtatē dinā facere omittit ⁊ hoc est quoddā priuatiuū q⁹ tegimentum positiuum exigit priuatio eniz poio tegitur optime ut non appeat illud

autem positiuū est ipleō dine uoluntatis p opera uirtuosa grego. omel. quarto sup ezech kelem peccatum tegimus cum bona cū malis actibus superponamus Item qui peccat ppriam uoluntatem inique perficit ⁊ hoc est positiuum qō optime tegitur priuatō illud ante tegimentum priuatum est subtractō proprie uoluntatis ꝙ maxime per opera penalia propter ꝙ dicit Ambro. libro de iciunio bonum est qō animam tegit ne a temptacōne deprehendatur ne a temptacōne nudetur tegit abstinentia tegit grā ⁊c tegit gratia dum remittit tegit abstinentia dum abluit hec Ambro. ps. ¶ Qui tegis equis superiora eius sed est aduertendum ꝙ alio modo teguntur peccata apud mundum ⁊ non apud deum ⁊ quorū sic teguntur peccata non sunt beati sed miseri quales sunt qui peccata confiteri dissimilant ⁊ aut qui negant aut qui praue excusant Dicit Plinius libro decimo ꝙ mirabilis est natura structōnis ¶ Nam cum cullum frutice occulcauerit latere se totuz existimat ꝛz stultrici or est peccator q: qui modicum abscondit de malitia superbie sue in presentia hominibus credit hoc deum latere ⁊ homines semper latere debere ex primorum parentum qui post peccatum absconderunt se a deo inter ligna bernbardus in sermone de uerbis abbac. Super custodiam meam stabo ⁊c. dicit sic heu me quam uile operimentum queris misera anima quam in utile queris operimentum folia enim sunt que in tectis solita in quam que caloris p beant nil habeant soliditatis orto deniqz sole arescent et uentus uestres disperget illa tu uero nuda et misera remanebis non erit iaz qua latebas misera frustra dices montibus cadite sup nos ⁊ collibus opite nos hec bern. ō talia tegimenta recipiunt ueri penitentes. qui peccata sua pure confitentur .i. mac. quarto dicitur in figura ¶ Apuit iudas qui interpretatur confitens in campo cum tribus militibz uirorum qui tegimenta non habebant ⁊c. contriste sunt gentes et fugierunt ..

BEATUS UIR CUI NŌ iputauit .hic cōmendat peccati dimissionem quo ad relaxacōem pene dicens Beatus uir cui n̄ iputauit dominus peccatum scz ad penam sicut dum est autem ꝙ in uersu precedenti ⁊ i principio istius tit mencō de tribus uz de iniquitatibus remissis de peccatis tectis ⁊ de peccato non iputato propter tria genera peccatorum est enim peccatum originale ⁊ quantū ad hoc dicit ¶ Beati quorum remisse sunt iniquitates peccatum mortale et quantum ad hoc dicit ⁊ quorum tecta sunt peccata peccatum actuale ueniale ⁊ quantum ad hoc dicit ¶ Beatus uir cui non iputauit ⁊ reuera talis uerus potest dici beatus .i. bn̄ auctus peruenit ei ad perfectōnem mundicie cōplementū ps. . Beati immaculati in uia ⁊c. deinde ostendit cui precū remissio cōpetat dicens nec est in spū eius dolus Jn illius spū uidetur esse dolus q habens multa peccata unum confitetur et deplorat Aliud uero plāgere dissimulat tali peccatum neutrum remittitur ad salutem bern. in sermone qui incipit . ¶ Exite populus meus ⁊c. qui plura peccata habet si omnia preter quam unum dimittat similis est ei qui ligatus multis cathenis omnes preter unam .rumpit ⁊ illa sola ad liganoum sufficit similis est etiam nauiganti qui habet multa foramina in naui si omnia obturet preter unū per illud nauis aqua subintrat ⁊ ad ymas deducit ⁊c. tantum igitur ploris quantum cōmisisti si unū unuz si multa multa uis solui solue omnes cathenas hec bernardus oportet igitur ab esse dolum q: deus non uult falli deo dolosus odit ps. Dolose egit in conspectu eius ut inueniatur iniquitas eius ad odium .uel deo dicitur nec est in spū eius dolus q: multi in conuersacōne exteriori uiuentur satis iusti. sed tamen interiori homine sunt satis mali tales non propter hoc sunt beati q: in eorū spū est dolus dicit phi losophus quarto metha. loquens de aurum it possunt quidem plūbi in mundiciem scz exterioren abstergere et uidebitur argentum ita ut in eo errent homines ueruntn̄ realiter semper erit plumbū sic diabolus sepe decipit. nā de pessimis hoīb abstergit sepe in mundicia exterioris conuersacōnis ut alii decipiantur ⁊ credat q: uidetur ꝙ sunt boni cū tamen realiter sint plūbū ⁊ non argentū .sed deus non fallitur ⁊ ō tales in celestes thesauros nō recipit nec inter uasa electōnis cōputantur ps. propter dolos posuisti eos ..

CONFESSIO TA Cui
inueterauerūt ꝛc̄. hic ponit
remedia quibus ad remissio
nem peccati peruenitur ꝛ sūt
duo scz confessio ꝛ oro iō.
quinto cofitemini alterutrū peccata uestra et
orate inuicem ut saluemini .primo igit agit
de confessione secundo de oracōne ibi pro hac
orabit ꝛc̄. qz uero confessionem peccati p̄cedit
angnitō peccati ideo ostendit quomodo quis
deducitur in peccati sui angnitōnem ꝛ secun
do describit confessionem ibi delictum ꝛc̄.
Deducitur aūt quis in angnicōnem dupliciter
uz per subtraccōez boni interius ꝛ per appositi
cōnem mali exterius de secundo ibi .Quotiē
die ac nocte quantū ad primū sciendum .q̄
uersus iste exponi potest dupliciter .secundū
qd est duplex silentiū uituperabile .unum est
peccatoris a confessore ꝛ. aliud est rectoris a
correctōne exponendo igitur de primo silen
cō dicit sic quoniam tacui ideo dissimilas con
fiteri . ¶ Inueterauerūt ossa mea ideo debi
litate sunt uires interiores anime scz ab resis
tendum peccatum dū clamarem tota die scz
tractando merita mea cū ex me non haberem
nisi peccata uel murmurando contra deū pro
pter flagella quasi iniuste tribularer signant
autem dicit ossa sua inueterata ideo debilita
ta et infirmata qz tacuit a confessione propt̄
duo primū est ex parte ipsius peccati habet
enī ui cōsuptiuam et ideo peccatū occultatuz
est sicut ignis inclusus in sinu prouer. sexto.
¶ Numquid abscondere potest homo ignē i
sinu suo .ut uestimenta sua non ardeant ideo
Ambro. super p̄s. xxxviii. peccatorū morbus .
dum tegitur in arcescit si confessionibus pro
ditur euaporat eccl. xo. Est tacens non hns sc̄
sum iste autem ignis magis accenditur si eo
incluso de meritis dametur nam tali clamore
uentus excitatur quo amplius ignis in ardes
cit dicit phūs libro de problematibus q̄ in
febribus existens non debet ad ventum iacere
qz uentus ignem uere extinctū reuiscitat ꝛ ex
modico facit magnū sic in proposito nam in
febribus est qui feruorem peccati intra se sen
tit si autem talis exponatur uento iactantie .
de meritis ampliusaccenditur et augetur ideo
Joso. vi. ¶ Non clamabitis et non erundie
tur uox uestra. secundū est ex parte confessio
nis qconfessio medicina ē cōtra infirmitatez
otiū n ideſt debilitat ēz uicium gr. go. m. ꝑ .
septimo ¶ Vulnera clausa plus cruciant .qz
cum putredo que intrinsecus latet eicitur ad
salutem dolor apparitur . dicit plinius . q̄
antiquitus hec fuit animaduersio militās habe
nti qui male pugnauerat ignomie causa ue
nam aperiri sanguinem uimitti hoc autem pri
mo factū opinatur in militibus stupentis ani
ui ꝛ a naturali habitu declinantis ut non tam
pena quaz medicina uideretur postmodū hoc
uero tractatum est in consuetudinem ob alia
delicta quasi minus sani uiderentur omnes q
contra officiū delinquerent hic plinius sic i pro
posito nam omnes habemus officiū militare.
Job septimo . ¶ Militia est uita hominis .
sed male militant .et contra officium deliquūt
qui temptacōni cedunt ꝛ hosti succubunt .et
ideo lege statutū a xpisto ut aperiāt̄ sibi ue
ne et sanguis emittatur q̄ fit in confessione
ubi peccatum per apercōnem ouis profluit qui
enim sanguis peccatum sicut patet per illud.
p̄s. Libera me de sanguinibus uel credendum
est q̄ sit sanguis et purus et sanus sed putre
dus et corruptus .istud autem est ordinatum
a xpisto non solum ut sit mali maloris pena.
sed etiam medicina bene si peccare delectant
ad huc sanguis uicōsus est et minure festinato
iiii. ꝓ.vi. ¶ Si tacuerimus sceleruus argue
mur Alio modo potest exponi de silencō p
lati et rectoris qui tacet quando peccātes sub
ditos non corripit ꝛ ideo inueterantur ossa sua
ideſt muniūtur potestates regendi et auctori
tas nam ueniunt ad cōtemptū gregis .i. omet.
Delignauit homus .ut pro culpa sus quemq̄
a parte reprehendimus et ad huc qd est gra
uius aliquando si persone in hoc mundo po
tens sit eiusdem erratis laudamus ne si aduer
setur per iracundiam munus subtrahat quod
ipendebat hec grego. non solum in prelato sz
etiam in proximo si corripiendo possit malo
occurrere unde grego. Moraz. vii. plerumq̄ ni
mis tacui dum quorūdam mala respicio et
tamen in silencō linguam primū quasi cōspec
tus ¶ulneribus usuz medicaminis subtrahit
eo ei mortis actores sunt q̄ uirus q̄ poterat
eicere loquendo uoluerunt hec grego. iō isai.
xi. ¶ Ue michi qz tacui.

CONFITEBOR DE AC

nocte grauata est ⁊c. hic ponit secundum quo quis reducitur in angniccnem sue culpe ⁊ est afflictō exterior exponitur autem uersus iste dupliciter q; spina in proposito accipitur uel pro spina dorsi est fundamentum ⁊ sustētamentū totius corporis et sic accipiendo dicit p̄s. ¶ Quoniam die ac nocte.i. continue grauata est super me manus tua scz in afflictōne mei ideo conuersus sum in erumpna mea scz ad cognoscendum culpā meam ⁊ eam plangendam ¶Dum configit spina scz dorsi mei que fortitudinem corpis signat .configitur spina quando multis doloribus perforatur iob 30.nocte os meum perforatur doloribus dicit phūs libro primo de uegetatibus q̄ multe plante siluestres clauis cōfixe fiunt ortenses plante siluestres sunt peccatores in spacōso campo mundi plantati quorum fructus sunt inutiles idest opera peruersa configuntur autem clauis quando iplentur cō pūctionibus tribulacōnum ⁊ sic reddūntur ortenses ⁊ earum fructus suaues deo grati sal. ri.ffpūsto confixus sū cruci alio modo accipitur in proposito pro spina arboris ⁊ signat pūctionem idest remorsum conscie iste autem spina configitur idest infigitur ipsi conscietie dum peccator culpam suam uidet ⁊ ēt uel iste spina est dolor de peccato qui conscīam penitē tie pūgit ⁊ multuz sibi prodest q; sicut dicit phūs li.de problaumatibus amara ⁊ fetida nata sunt purgare sic ⁊ amaritudo doloris propeccatis animam euacuat a peccato grego. in pastorali sanat nequitias praui operis occultū uulnus doloris ysai.ffvii Quis dabit me spinam uel spina est grauis tribulatō que nos pūgit ⁊ nos cōpungit ⁊ est eadem sententia tūc tū prima talis autem punctō confert q; in cognicōnem peccati nos reducit grego.aDora .xxiii. ¶ Plage in secrecōnibus ueteris abstergunt mala q; cuz ex carnis percutimur ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflicti que reuocamur dicit Auicenna ii. can. q̄ radix albe spine mascitata a punctura scorpionum attrahit uenenum sic in ꝓposito nā spīa alba est tribulacō ad correctōnem nostram a patre celesti in missa ad radicem eius peruenimus quando pro culpis nostris eam nobis ꝓuenire cognoscimus hanc radicem insticam quando hoc sepe ⁊ incessanter animo revolmus huius uero affectus est pūcturas peccatoz quas facit dyabolus omnino extrahere ⁊ locū puncture sanare nam sanitas mentis est infirmitas carnis iudic̄. Conteram carnes uestras spinis littera autem ieronimi in proposito multum est diuersa ab ista est talis Uersatus sum in miseria mea cum exardesceret messis iugit̄ .i. cum arescerem sicut messis .unde ⁊ hebreus habet sic conuersus est humor meus in ciuitate estatis et in hoc imitur sua afflictō magna q; dicitur prouerbiorum decimo septimo Spiritus tristus exsiccat ossa uel potest hoc intelligi de humore peccati Job xv. Qui bibit quasi aquas iniquitatem iste autez humor arescit per graues afflictōnes quas sol iustitie quasi igneos radios ex sufflans imitit p̄s. Qui conuertit mare in aridam dyaplasma ⁊c.

ELICIAM ADEUM

cognitum tibi feci ⁊c. hic describit confessionem ⁊ primo quantum ad confessionis actum . secundo quantum ad ipsius effectum ibi ¶ Dixi confitebor .quantum ad primum dicit delictum meum idest peccatum omissionis cognitum tibi feci scilicz quantum in me fuit etiam si te latuisz .quia illud ore confessus sum Et in iusticiam meam idest peccatum omissionis non abscondi . ⁊ iō peccatum meum per confessionem detexi et racō est q; confessio ad duo valet , scz ad remocōnem mali ⁊ ad operacōnem boni valet autem primo modo quis culpam delet dicit enim Auicē. secundo can. q̄ herba iudayca tiriaca omni ueneno iudaycus interpretat̄ . confitens ⁊ ideo herba iudayca est uirtus confessionis Job septimo Ante omnes herbas crescit .ista uero uirtus omnia uenena depellit . Rom̄ x. Ore confessio fit ad salutem ⁊ ideo Job xxxi. Si abscondi quasi homo peccatum meum ⁊ celam in sinu meo iniquitatem meā valet etiam secundo modo quia animam reddit fertilem bonorū operum dicit enim phūs libro primo de uegetatibus q̄ arbor sterilis effectu habens durum corticem si findat̄ ad radicem ⁊ lapis fillare iponatur quia apertum uulnus emeat secundum Albertum . exsudet humor superfluus redditur fertilis sic i ꝓpos.

rorum arbor sterilis dure corticis est peccator per malitiam induratus si ante debeat fieri fertilis oportet ipsum findi iuxta radicem radix enim in arbore cōparatur ori in homine que per utrumq3 trahitur : alii mentum et ideo findi iuxta radicem non est nisi os per confessionem aperiri sic autem debet teneri unusus apertum donec omnis humor pūs effluat iceſt omne peccatū et habundāciam malitie per confessionem eriat et sic de sterili fertilis efficitur oppositio modo contigit. quando humor ille inclusus tenetur prouer. xxviii. ¶ Qui abscondit celera sua non dirigetur.

IN CONFITEBOR

aduersum me tē hic tangit confessionis effectum est autez effectus eius remissio peccati istum . autem effectum dicit confessio non solum in facto sed etiā habita in uoce et in proposito propter quod ait dixi iceſt in corde meo posui Confitebor aduersum me in iusticiam meam domino .i. eius uicario uel domino . ideſt ad honorem domini Josi. septimo : ¶ fili da gloriam domino deo yſrahel et confitere et signanter dicit aduersum me q3 in confessione homo debet se ipsum accusare non alios et peccatū suum sibi ipsi ascribere non alteri sicut fecit adam qui dixit mulier quam dedisti michi sociam dedit mihi et in hoc retorsit peccatum suum tam in deum quam in mulierem Et tu remisisti iniquitatem peccati mei . ideſt culpam et si non forsitan totam plenam bern. in sermone de ānunciacōne sic in dulcit michi dominꝰ ex toto et tam liberaliter omnez donauit iniuriam nec damnaret ulciscendo nec cōfunderet in properando nec etiā minus diligeret imputādo hec bernhardus nec sequitur propter ista q3 tunc confessio sequēs propositum est frustra q3 non obstante prece tenti remissionem manet homo ad confessionem obligatus et in ipsa confessione propter absolucōnem sequentem tollitur de pena similiter et vi clauium augetur gracia et ideo non obstante remissione tali tenetur peccator continuare propositum confitendi donec ipsum perficiat Unicum quinto cin. dicit q3 in morsuris uermium probibetur consolidatio uulneris usq3 ad horam sanationis egri a uermo et eius malitia sic in proposito nam morsus serpentis antiqui est multus peccati autem uulnus consolidatur quando quis non sit propositum confitendi tenet autem ipm apertum saltem inuoco quam diu habet tale propositum licet autem per remissionem precedentem curatum sit aliqualiter uenenum tamen ad hoc remanet aliquid de eis malicia q3 eius obligacō ad confessionem et pena per absolucōnem et propter uerecundiam et humilitatem confitentis relaxanda et ideo non debet statim fieri consolidacio quasi nō oporteret de cetero confiteri; unde talibus dici potest illud .1. Johan.i ¶ Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus tē.si confitemur peccata nostra fidelis deus est et iustus est ut remittat peccata nostra et est hic sciendum qō post ostensionem mouhi factam celesti medico stari sic efficacis remedii appositio in hoc qō subiungitur remisisti nam hoc uerbum dei remittitur tibi peccata ē singularis efficacie de quo dicit bernhardus libro de conuersione sic . quomodo a memoria mea efficiet uita mea membrana nulis et tenuis attramentum forte prorsus exhibit quam deinceps arte delebitur non enim superficie tenus tinxit sed totam prorsus intinxit q3 memoriam frustra couer cuxere ante scinditur carta quam caracteres miseri deleantur ipsam enim forte meā mā delere posset obliuio ut forte earum non meminerim que cōmisi certi et memoria integra maneat et ipsius macule diluant que nouacula possit efficere solo uaq3 fermo unctus et efficax et pene trabilior omni gladio ancipiti Dimittuntur tibi peccata tua . hec bernhardus ps. Remisisti iniquitatem plebis tue operuisti omnia peccata eorum tē.

¶ Diaplasma .

RO hAC ORAB Je

ad te omnis sanctus tē:hic ponit secundū remediū perueniendi ad remissionez peti et est oratio unde bernhardus in sermone de

omnibus ecce hec sunt que mundant occultū
cordis oratio et confessio facit autez hic ꝑs
duo q primo ꝯgitur orandi tēpus secundo
tangitur multiplex eius effectus .ibi uerūptā
mē .quantum ad primū dicit ꝑs. ¶ Pro hac
sez remissionem peccatorum . Oubit ad te
omnis sanctus et hoc in tempore oportuno
s'uel dū durat tempus gracie et remissionis
q post hanc uitam cessat talis oratio q tūc
erit tempus iusticie non misericordie nūc ue
ro tempus penitentie et confessionis secūdū
illud ii.ad cori. vi. ¶ Ecce nunc tempus ac
ceptabile ecce nunc dies salutis in futuro ue
ro post hanc uitam erit tempus retribucōis
est enim tempus sanctus oportunū antequā
incipiam: de uita dispare et uires corporis ꝛ
cipient uelificere ideo dicitur prouer.quinto.
¶ Ne des alienis honorem tuū et annos
tuos crudeli ne forte ꝛc. gemas innouissimis
quando consūpseres carnes tuas cui alludens
grego.in pastoralibus dicit sic tunc gemit
homines qui deo seruire noluerūt quādo dū
p̄na sua necligētie recuperare seruiendo neq̄
quam possunt ꝛc. salus itaq̄ corporis quan
do ad bene operandū despicitur quanti sit
muneris amissa sentitur et infructuose ad ul
timū queritur que congruo concessa tempore
utiliter non habetur hec grego. ualerius ad
ruffinū suadens ne uxorem ducat scribit sibi
de quodam pbō qui conquestus est uicino
suo in hunc mundū amice arborem habeo ꝛ
orto meo infelicem de qua prima uxor mea
se suspendit: et postmodum secunda et iā
tunc tercia cui uicinus miror te inuenisse la
crimas in tantis successibus et iterum addi
dit dū boni quot dispendia arbor illa tibi su
spendit et tertio inquit amice da michi de
hac arbore surculos quos seram et concludit
ualerius loquens ad ruffinū amice et ego di
co tibi metuo ne te oporteat arboris illius
surculos mendicare cum iam inueniri nō pos
sint hec ille sic metuendū est in proposito .
nam arbor illa que tres uxores suspendit est
lignum crucis que superbiaz auaritiā et luxu
riam uxores pessimas uiri peccatoris suspen
dit et licet peccator cui placet sua malitia
hoc uideatur dumū et tamen bene cogitanti
uidetur qō multa suspendit dispendia et nō
cōmoda et ideo huius arboris perendi sur

surculi qui sunt omniū remediū peccatorum
omnia enim ab illa arbore processerunt si au
dē dissimilemus mō petere tiēre habemus ne
animal mendicare eos compellamur quando
non poterant inueniri et ideo sicut canit ec
clesia ementemus in melius quod ignorāter
precauimus ne subito preoccupati die mortis
queramus spaciū penitentie et inuenire non
possumus .i.cor. vii. hoc itaq̄ dico fratres
tempus breue est reliquū est ut qui habēt uxo
res tāq̄ nō hābtes sint ad gal. vi. dum tem
pus habemus operemur bonum.

ERUMPEBAMEN 7n

diluuio aquarū ꝛc. hic tangit ora
tionis effectus et sunt tres quos
tangit sez temptationum repres
sio tribulationum mitigatio et tenebrarum
illustratio de secundo ibi tu es refugium ꝛc
de tertio ibi Intelectū ꝛc. Quantum ad pri
mū est sciendū ꝙ uersus iste dupliciter ex
ponitur secundū ꝙ li cū potest referri ad
diuersa potest enim uno modo referri ad sā
ctum de quo in uersu precedenti et tunc est
sensus .uerūptamen in diluuio aquarum mul
tarū in est habundantia uoluptatum carnaliū
seu multitudine concupiscenciarum que per
aquas intelliguntur gen. xlii. ¶ Effusus es
sicut aqua non crescas ad eum sicut sanctū
in tempore oportuno orantē Non appropiq̄
bunt supple aque iste ut sez mentem eius sub
uertant et ille clarius patet intextu Jero .
sic habet ut cum in nudauerunt aque multe
ad illū non accedant Narrat li. de naturis
rerum de castoribus qō iuxta aquas mansi
uiculas facientes distingunt i eis ad moduz
solariorum ut secundū ꝙ aqua ascendit ma
gis uel minis secundum hoc et ipsi ascēdāt
ne totaliter stent i aqua sic ꝛ nos mansionē
habemus iuxta aquas predictas . nam super
flumina babulonis .i. iuxta sedemus .sed ne
totaliter aquis in mergamur si super capud
nostrū in nutent sic nobis prouidendum est
ut secundum ꝙ ipse aque ascendunt et i nu
dant secundum hoc et nos ascendamus est
autem oracio secundum dam. ascensus men
tis in deum quanto ei est impulsus tēptacōis
maior tanto oportet ꝙ ascensus mentis sit
alcior ne contingat illud Jero.ii. Circūdete

runt me aque usq; ad animam meam ubi so
uallauit me pelagus operuit caput meū . alio
modo exponitur sic qō li eū referatur ad ve
um et sic loquitur inducta persona q primo
dirigebatur ad deū sicut patet ex uersu p̄ce
denti modo aūt secundū istam exposicionem
loquitur ad alios et tunc in uersu isto loqui
tur de malis qui aliter se hūt ad deū quā sci
ā sancti per ordinem 7 confessiones ad deū
appropinquant mali aūt propter habundan
tē uoluntatū suarum non et ſō dicit uerūp
tamen in diluuio aquarū multaꝫ fuerūt in ha
bundancia predicta ad eū sc̄z deum non ap
propinquabunt suple mali uel potest q diluui
um aquarū multaꝫ intelligi habundanciam .i
diuiciaꝫ naū .iii. Cuius diuicie mare et p̄s 3
diuicie si affluāt 7c̄ istud aūt diluuiū impedit i
pios diuites ne ad deum appropinquent quia
non habent nouē nec nauiculā qua super un
das portari possint q nec oracc̄em nec ele
mosinam dicit p̄s dominus filii . etbiō. in fine
sic sciendum ante flumina cum supra modū
crescūt non tm̄ ad p̄ns inferre dampna .sed
etiam aliqua signare futura sic et uehemens
excrescencia diuiciarū non solū infert damp
na in presenti quia multas curas et solicitudi
nes ex̄as ingerit et q ad deum appropinqua
re non sinit sed etiam signū est magni dam
pni futuri q dampnacionis ꝑpetue luce .p. ii
uenit diluuium et perdidit omnes .

¶ Es refugium me
um a tribulacione 7c̄.hic tangit
secundum effectum oracionis qui
est tribulacionum mitigacio . et
primo habent effectum tangit :secundo uero
ex hoc motus se ad deum conuertit quantū
ad primum dicit deo . ¶ Eu es refugium
meum a tribulacione que circumdedit me .
dicit autē ipsum esse suum refugium a tribu
lacione q in rei ueritate tribulaciones nos
docent .docent quid fugiendum sit grego .
mota.primo. q temperamenta uicia discimus
quid de nobis perferiencia flagella cognosci
mus quid de hoc mundo fugiamus per illa
enim restringimur ne intrinsecus extollamur
per ista cōprimimur ne quid extrinsecus ap
petamus hec grego.in ista autem fuga deus
est refugium iustorum nam fugiētes de mun
do ad ipsum fugiunt et ipse eos in sui pro
tectionem recedit ꝑs.dns firmamentum me
um et refugium et liberator meus 7c̄ . protec
tor meus 7c̄.dicit ambrosius in exameron.
omel. v. Q̄ diuerse uolucres maris imincte
uentoꝝ motu ad tuciora et dulciora stagna
se conferunt atq; inabscondito terrarum sum
in cognita sibi alimenta rimantur sic faciunt
sepe electi qui in hoc mare uiuunt potius si
cut uolucres super aquas natantes quaꝫ sicut
pisces totaliter aquis immersi qui uero senti
unt uentos tribulacionum uel temptacionumꝫ
insurgere statim ad dulciora stagna et tucio
ra se conferunt qui uel ad aquas deuocionis i
ad sacrum religionem ubi est et locus tucior
et uita suauior et hoc est ad ꝓpositum refu
gere ubi uero alimenta rimantur in abscondi
to simu terre idest in uulneribus corpis ꝓpo
ti eius passionem ingiter recolentes et inde
mirabilem dulcedinem attrahentes et ueritā
tem expectanter illius qō dicitur naū.primo .
¶ Bonus dns et confortas in die tribulacō
nis deinde se ad oracionem conuertit dicens
¶ Exultacio mea tu sc̄z in tribulacionibus
glosa gaudio enim in spe futuri boni qō pro
mittis Erue me a circumdantibus me idest
hostibus uel tribulacionibus que undiqꝫ nos
circumdant p̄s. ¶ Circumdantes circumde
derunt me.

¶ Intellectum tibi
dabo 7c̄.hic ponit effectū
oracionis qui est tenebraꝫ nostra
rū illustracio et quantū ad hoc
dicit sic ¶ Intellectū tibi dabo q̄si dicat ꝓce
cando intellectū tibi datū ꝓdidisti p̄s. homo
cum in honore esset non intellexit 7c̄.sed
ego iterū tibi dabo intellectum ut errata ui
deas et instruā te in uia hac qua gradieris
ut in directum procedas firmabo sup̄ te oc
culos meos idest ad tui custodiam ut nichil
timeas uel sic Intellectuꝫ tibi dabo ut illus
treris in affectu ꝑ cognicionem Et instruam
te in uia 7c̄.ut ꝑficiaris in affectu ꝑ dilectō
nem nam hec est uia eph.v. ¶ Ambulate in
dilectione firmabo super te oculos meos .
ut dirigaris in affectu ꝑ bonam operacionem.
Q̄z autem quantus sit iste magister qui non
solū instruit ,Math.xxiii. ¶ Unus est magis

qr ueraꝯ es et uiam dei in ueritate doces ſꝫ
qó maius eſt ipſe intellectum tribuit .et iõ
tali magiſtro inſepabiliter eſt adherendum.
ℙſ. ¶ Bñdicam dñm qui tribuit michi intel
lectum Narrat uelerius in libro ve nugis cu
rialium ve diogen: phõ qꝫ cum magiſter ei
us antiſtenes qui glorioſe rethoricam docue
rat diſcipulorum nullum recipret poſtquaꝫ
ſocratam audiuerat et diag nem pſeueran
tẽ ſequi cum remoueri non poſſet nouiſſime
ei minatus eſt clauaꝫ uelle percutere ſi non
abiiſꝫ cui ille illud ſubiciſſe fertur et dixiſſe nu
llus tam durus bachus erit qui me a tuo poſſ
ſit conſorcio ſepare multo magis bonus diſ
cipulus ſic ſe bꝫ ad xp̃m nam uincetur xpiſ
tus quaſi ſic minaret ut probet quando tri
bulaciones ꝛ temptaciones in ferri ꝓmittit ꝛ
ſed nullus baculus vebet ita durus uideri ut
eum poſſit ab ipſo ſepari cum pocius dicet
illud ℙſ .uirga tua ꝛ baculus tuus ꝛc̃ illud
aMath.viii.aMagiſter ſequar quocunqꝫ reris
talis diſcipulus erat paulus qui dicebat :ro
mañ.viii.Certus ſum qr neqꝫ mors neqꝫ ui
ta ꝛc̃ Poterit nos ſepare a caritate dei que
eſt in xpriſto ihesu ab ipſo enim illud donũ
acceꝑat de quo ℙſ. Da michi intellectum ut
diſcam mandata tua ꝛc̃.

OLIBE FIERI SICut equus et mulus hic ℙſ alios ad remiſſionem peccatoꝝ aſſequendã et retinendam inuitat et primo inuitat alios ex conſideracione proprie dignitatis ſecundo ex conſideracioẽ magne utilitatis ibi Incamo .primo aũt inuitat ad pe nitentiam et rectam uitam ꝓ utilitatem pre cati quam deſcribit ꝓ ſimilitudinem ſecũdo illius ſimilitudinis aſſignat racionem iſta au tem facit ut recipiamus intellectum et iſtru ctionem quam in priori uerſu promiſit quan tum ad primum igitur dicit Nolite fieri ſi cut equus et mulus ꝛc̃.quaſi dicat ſi in pec catis ueſtris manſeritis et remiſſionem pec catorum non fuerit aſſecucieritis ſicut equus et mulus grego.mora.xv.Inmentis ſimiles ſunt qui uſu uite carnalis ima appetunt ꝛc̃. qui enim carne labitur iumentorum appeti tu proſternitur hec grego.ſignanter autẽ pec catores iumentis uilibus cõpat ; ut ex hoc hoẽm magis qui eſt digniſſiã creatura à pre catis retrahat dicit ei Ambro. libro de ie iunio qꝫ maior eſt uis rerũ in talium ex preſ ſion e uerborũ ut qui delicta non erubeſcit erubeſcat uel noia delictorum deinde ℙſ. aſſignat cauſam quare peccatores iumẽtis cõ pet in quibus non eſt ĩtellectus quaſi dicat in hoc efficiuntur Jumentis iſti ſimiles qó ĩ hñt intellectum et certe in hoc ſunt iumen tis uiliores qr ipſi intellectuu receperunt ꝛ hoc etiã peiores ſunt iumentis qó illud mo dicum de intellectu quod in ipſis remanſit deprauant iumenta uero integram naturam ſuã ſeruant auguſt.ſerõne hyii.miror aliquoci ens hoẽm cui ineſt ſapiencia intellectus pru dencie paſſiui precepta diſcipline negligere . cum uideamus mutũ aial uicia cauere iuſſis obtemperare ĩperio deſeruire atqꝫ ad omnẽ obediencia aios apeare ut cum opus fuerit armatis legionibus occurrat et hoſtilibus ſe telis iuſſus obiciat hec auguſt . Eſt aũt hic ſciendum qó peccatores iſtis duobꝫ iumẽtis ſcꝫ equo ꝛ mulo cõpari poſſunt uel quantũ ad idem conueniunt eĩ in hoc qó intellectu carent ut tactum eſt in tantũ uero carent ĩ tellectu qó ſicut dicit albertus octano de ai malibus ſi de igne extrahantur quando do in qua ſunt ardet iterato in ignem recurrũt et ſic peccatores licet quandoqꝫ cuꝫ difficul tate ab ardore concupiſcenciarum extraban tur quibus ardet eorum corpus ꝛ aiam mox in ipſum recurrunt indic̃.xo.non intelleꝛerũt qó in omni parte inſtaret eis interitus .uel poſſunt cõpari iſtis quantum ad diuerſa .et ſic tripliciter uno modo ſic qó per equum ĩ telligitur paſſio ire Job xxxix.nũquid prebe bis equo fortitudinem procul adoratur bellã aMulus uero eſt aial luxurioſum quamuis ñ generet niſi fetum extraneũ et occaſionatũ ideſt defectuoſum ſecunduꝫ phm̃ vi.de aia libus et ideo ſignat luxurioſos de quibꝫ ad romanus vi° Quem igitur fructum habuiſtis in illis in quibus nunc erubeſcitis et ideo ꝓ equũ et mulum intelliguntur peccatores qui bus dñatur paſſio ire et concupiſcencie alio modo ſic quod per equũ intelligitur luxurio ſi dicit eĩ phũs ſeptimo de aialibus qó hoc aial multum diligit natare per aquam ꝛ pro pter hoc eſt quidam equus fluuialis natura liter ſic et luxurioſi de quibus gen̄.decimo

Ecus es sicut aqua non ostrestas . quia ascendisti cubile tō de istis ysidorus ysti.
Equi eorum caro ⁊ non spūs per mulum uero intelligunt autori dicit enim ysidorus decimo ethimo. qō muli dicuntur ⁊ qr iugo pistorum subacti molendo ducunt i gyrū molas die ⁊ nuari iugo demonum sunt subacti ut continue circuendo discurrant ⁊ molam diaboli quasi molendo circumducant ut materiam panis ipsius preparent nam mola diaboli est mens instabilis que sicut rota fortune circūuoluit materia autem panis diaboli sunt. sunt ista temporalia uel pocius ipsi qui temporalia diligunt bern. qui terrena sapiunt cibus sunt antiqui serpentis ysai: lxv. Serpēti puluis panis eius ⁊ ideo dum mentem suam instabilem circa temporalia eciam minima acquirenda circumducunt in mola diabolo seruiunt iudic. xvi: Clausum in carcere molere fecerunt Uel tercio modo per equos intelligunt hii qui absq; liberacione statim i opposite precipitant est equus animal uelox ⁊ preceps aboc. primo. leuiores perdis equi eius per mulus uero intelligunt nimis pigri ad operandum est enim mulus animal pigrum ⁊ ad labores in uoluntarii unde dicit alex. de eo qō cum ille appropinquant ubi ad pernoctandum se sperat claudicat ⁊ se impotentem ad grediendum mentit sed ascensor eius qui nouit ipsius fraudes calcaribus sibi . uires restituit ita est de multis nam quando cūq; sperant se posse laborem subterfugere tantum fingunt laborem in precepto ⁊ mentiūt se non posse iussa perficere: sed bonus prelatus calcaribus ⁊ flagellis eis uires donat . ⁊ idem quandoq; facit deus Nam multiplicate sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt mouemur igit ne simus sicut equus ⁊ mulus idest neq; ad agendum nimis precipites neq; pigri ⁊ desides zac. xiiii. Erit grulla equi ⁊ muli :

In camo ⁊ freno idest in maxil ⁊ minoli ē bulatione secundum diuersitatem culparum ⁊ dispositionis peccancium maxillas eorum constringe idest coherce superbiam ⁊ contumaciam eorū qui non approximant ad te quasi dicat si uolunt esse sicut iumenta . sicut iumenta eos tracta sez penis ⁊ flagellis ut sic coacti se ipsos agnoscant ⁊ ad te curraūt . grego. mora. xxxv. Reproborum proprium esse solz prauа semper agere ⁊ nūquam quę egerunt retractare omne qō faciunt certa mente transeunt fem qz sunum nisi cum puniti fuerint non agnoscunt hec grego. signant autē hic dicit Qui non appropinquant ad te qr superius dcm fuit in diluuio aquarum ad eū n approximabunt dicit auicen. iii. de animalibus qō rami arboris quanto sunt humidiores tanto plus distant a rādice sic in proposito. nam radix ecce ⁊ populi xpiani xpristus est; a quo ⁊ xpristiani dicunt apoc. xxii. Ego sū radix ⁊ genus dauid in ista autem arbore sunt rami multi humidi qr aquis uoluptatuz in buti Job xv. Qui bibit quasi aquas iniquitatem . ⁊ ps: Exorcentes iniquitatis cōturbauerunt me ⁊ ideo signum est qō sunt a radice elongati ⁊ quanto humidiores tanto remociores sopho. iii. ad deum sunum appropiquabit uel per camū ⁊ frenū quibz cohercendi sunt maxille intelligit macrificio carnis per abstinenciā ⁊ ieiunium nā maxillis ad māducandum utimur sic oz cohercere eos qui a sequendum carnis concupiscentiis sunt effrenes qr sicut dicit ambrosius libro . de penitencia loquens de peccato carnis grauis ignis est. non dem⁹ illi alimenta luxurie pascit libido conuiuiis nutrit ⁊ delicijs uino accenditur ebrietate inflammat hec ambro. dicit anicenna iiii. can. qō quedam prohibencia uenena penetrare in pfundum corpis sicut constrictio extremitatū cum ligamentis ⁊ phibicio sopni ut calor naturalis moueat ad exteriora ⁊ expellit uenenum sic in proposito ita uenenum est sugestio antiqui serpentis qō priō cogitacioni infundit sed penetrata in pfundum qn usq; ad consensū deliberatū ꝑ cecidit

In camo ⁊ freno maxillas ꝛc. hic inuitat ps. peccatores ad pnam ⁊ conuersionem ⁊ remissionem consequat ex consideracione ꝓprie utilitatis tangit autem duplicem utilitatem sez uitacionem mali ⁊ assecucionem boni secundum ibi Sperent cute

sed contra hoc est remedium constrictō ex
tremitatū ⁊ uigilia extremitates sunt concu
piscencie carnis uehementes seu passiones uī
⁊ uirtus moralis ponit̄ media int̄ duas ex
tremitates ieiunium uero istas extremitates
⁊ precipue ipsas superhabundancias constrin
git ⁊ restringit uigiliam eciam causat ⁊ ideo
calor inest amor dei ⁊ honesti qui naturalis
est nobis . mouetur ad ex pulsionem ue
neni ne penetret nec solum ad rep:imēdā car
nis uicia est frenum ieiunii necessarium sed
eciam ut sit uirtutum directiuum .q: sicut
dicit ieronimus ad uemēt̄em ieiunium nō
perfcā uirtus est sed ceterarum uirtutum fū
damentum ⁊ racō huius est q: frena nō solū
contumacia equi domat̄ sed eciam freno in
uita rēā dirigit̄ ezechielis xxxviii.circūagaz
te ⁊ ponam frenum ī maxillis tuis :

MULTA FLAGELLA pec
catoris hic tangit p̄s:penam ex
nam quam in penitentes incur
runt dicens Multa flagella pec
toris qō dicet̄ triplici racione primo q: om
nia cedunt eis in malum august. in quadam
meditacioē o misera sors flagitiosi hois cui
⁊ bonum ⁊ malum parit̄ sunt intormentum
secundo q: singulis pcis ⁊ singulis mēbris q
bus homo peccauit correspondent pene sigu
le berbardus in sermone qui incipit Regio
australis Jebennales augustie non habēt me
ritum non recipiunt int̄stitium nesciunt re
medium singulis excessibus singulis mēbris
que arma fuerunt iniquitatis sua debet̄ pena
pro qualitate uel quantitate cōmissi cum cepe
rit in ex piabilis caro iehenne estibus pene
trari ac morte feruencium ad coquendū me
tallorum in extinguibili arrore tota hominis
substancia in fundi hec bernhardus ⁊ ideo ⁊
cio dicunt̄ multa q: sicut dicit gregorius mo
ra.decimo octauo quidam cum flagellant̄ ⁊
a domino percussiunt̄ ex flagello pficiunt .
quosdam uero dampnāt flagella ⁊ non libe
rant sed eis ab hac uita inchoant ⁊ inēna
percussione pdurant hec gregorius sūt igit̄
multa q: ⁊ in presenti ⁊ in futuro flagellāt̄
ideo sap̄.xii. ¶ Cum ergo das nobis disciplī
nam inimicos nostros multiplicit̄ flagellas ;
Potest autem ⁊ ista pars uersus scom glosā
totaliter referri ad tempus presens unde dicit
hic glosa ecce post frenum addunt̄ flagella
ad domandum ne sit de illis in pmissis quibz
modo dat̄ uaga licencia sue uite ⁊c. Ideoqz
domat̄ freno atqz flagello atqz utinam p do
met̄ hec glosa dicit alber.xxii.de animalibz
qō asinus est pellis dure ⁊ iō uerberibus af
flictus uix cedit ab eo qō desiderat ⁊ ad hoc
cooperat̄ sua cōpleccio frestris ira ē de mul
tis qui ita indurant̄ in malicia sua . qō uix
possunt flagellis euelli ⁊ ad hoc cooperat̄
amor frenorum qui propē consuetudinem est
eis quasi altera natura ⁊ ideo cum sint forsi
tan de numero electorum deus non pcit fla
gellis usqz ad correccionē eccle.xxx. ¶ Qui
diligit filium suum assiduat illi flagella dein
de allicit ad pmiam ep constitucōne secunde
utilitatis que est acceptio boni . ⁊ tangit du
plex bonum scz defensionem ⁊ consolacionē
secundum ibi .letamini ⁊c.quantum ad pri
mum dicit sperantem autem in domino mia
circumdabit sperantem in domino uocat qui
sepe mercedis a domino redditore uel eciam
gracie ac uenie p pmiam consequende ad de
um se conuertit talis circumdabit̄ mia ad
sui ex omni parte defensionē nā ⁊ misericor
dia eius preueniet eum ⁊ mia eius subseque
tur eum hoc autem est necessarium ei quem
hostes undiqz circumdant sicut superius tac
tum fuit ibi Erue me a circumdantibus me
habet ergo iustus duplicem nuncionem in cir
cuitu scz iusticie de qua p̄s.Scuto circumda
bit te ueritas eius :⁊ misericordie sicut hic
dicit̄ ⁊ alibi ¶ Qui coronat te in misericor
dia uel forsan ex his duobus cōplet̄ una
munitio iustus circumdans undique quia ubi
deficit propria iusticia ibi suplet misericordia
⁊ hoc est quod dicit: misericordia ⁊ ueritas
obuiauerunt sibi

EXULTATE IN DOmi
no ⁊ exultate iusti hic tangit se
cundum bonum ⁊ est gaudii con
solacio quam habent sperantes ī
domino ⁊ iustificati per graciam ip̄ius ⁊ in
presenti ⁊ tangit ea que ad solacionem perti
nent scz letriciam exultacionem ⁊ gloriacōem
secundum tres gradus iustorum .nam quidā
sunt incipientes quidā pficientes ⁊ quidā fi
naliter pficientes de quibus bern. in sermone

qui incipit Justum deduxit ꝛc. est inquit iu
stus qui in principio accusat̃ est sui ꝛ ē iustus
qui ex fide uiuit ꝛ est iustus qui absq; ꝛrore
est ꝛ primus quidem bonus q; accedit ad uitã
secundus melior q; currit per uiam ꝛ eius op
timus q; iam appropinquat ad finem . hec
bern. primis ergo iustus dicit̃ letamini. secũ
dus ꝛ exultate. ꝛcii ꝛ gloriamini omnia cum
ista debent esse in domino ꝛ non in hoc mũ
do sed qui gloriat̃ in domino glorietur .dicit
plinius xxix. si anno liquescenti galline mem
bra miscent̃ consumunt illud in se ita hoc
auri uenenum est ita in proposito nam aurũ
liquescens est huius mundi gloria blanda ꝛ
instabilis eccle. vii. aurum eorum in ꝛequili
mum erit ꝛ gallina pessima ꝓphetus est se ip
so teste: Math. uicesimo ꝛcio Quociens uo
lui congregare filios tuos quẽadmodum gal
lina membra huius galline sunt omnes iusti
eph. v. Membra sumus corporis eius ista mem
bra ad miscent̃ isti auro liquescenti quocies
occurrit temptacio uel occasio glorie mundi
alis sed statim infra se aurum consumunt q;
gloriam oblatã uel sibi possibilem respuunt
scientes q; sicut dicit̃ eccle. xi. Qui diligit au
rum non iustificabit̃ ꝛ ideo eccle. viii: Non
zelus gloriam ꝛ opus scz gloriam huius mũ
di Narrat̃ in libro de uita phõꝝ qõ eũ qui
dã stolidus audiente pictagora dicere se mal
le cum mulieribus quam cum phis conuersa
ri ꝛ sues inquit putagoras libencius in sceno
quã in aqua uersat̃ uolebat dicere qõ carni
deditus non erat nisi porcus in luto uersat̃
Similit̃ nec gloriandum est in carne q; talis
gloria uilior est .i. macab. ii . Gloria eorum
stercus ꝛ uermis est unde dicit ap̃s. scribens
ad alexandrum que tibi gloria erit si exercias
uicium irracionabilium bestiarꝝ ꝛ actus bruto
rum de talibus dicit ꝑs. Mutauerunt gloriã
suã in similitudinẽ uituli cõmedentis fenum
psal. xiiii. Omnis caro uenum ꝛ omnis gloria
eius quasi flos feni . alio modo potest exponi
uersus iste sic qõ ꝑ iustos intelligamus uia
tores ꝑ rectos corde comprehensores boi igi
tur in hac uita dicit̃ letamini in domiõ scz
ꝑ remissioẽ culpe ꝛ exaltacione ꝑ collacõne
grẽ bois uero in patria dicit̃ Et gloriamini
oẽs rci corde qu bz semel dicit̃ id qõ ad cõ
solacõnem ptinet propt̃ unitatẽ ꝛ simplicita
tem leticie ꝛ glorie ipsorꝝ bern . in sermone

qui incipit Regio australis ꝛc ipse dominus
qui merca fuit ꝛ dux itineris iustorꝝ merces
erit opis premiũ laboris corona certaminis
unus denarius idẽ bruiũ eadẽ gloria oĩum
deus erit ꝑticipato nec diuisus cõis ꝛ singu
laris etna oĩm erit solẽpnitas facie ad faciẽ
deum intueri eius dulcedine sine fastidio sa
ciari eius unioẽ sine defectu ꝑ frui hec bern
bar. ꝑs. gloria ē hec oĩbus scis eius In finẽ

EXULTATE IUBILATE

in dño ꝛc. Intencio ꝑs. in
hoc psalmo inuitare ẽ hoẽs
ad deum laudandũ ꝛ dicit̃
in duo q; primo inuitat nos
ad cultũ dei reuerenciã secundo deũ colledũ
ondit dignitatem ꝛ preminenciã ibi . beata
gens primo aũt inuitat nos exhibendũ nos ad
